[25. *De cinnamomo.*] Cinnamomum fumme tenuium eft partium, non fumme tamen calidum, fed ex tertio ordine. Nihil autem aeque deficcat eorum, quae pari funt calefaciendi facultate, propter tenuitatem fcilicet effentiae. At cinnamomis eft velut imbecillum cinnamomum, nonnulli ipfam pfeudocinnamomum nuncupant.

[26. *De circea.*] Circeae herbae radicem fcribit Diofcorides ex vino dulci potam fecundas purgare, eft enim boni odoris et calefactoria. Semen autem ejus in forbitione exhibitum ad lactis generationem conducit.

[κζ. Περὶ κίστου.] Κίστος, ἢ κίσθαρος, στυπτικὸς θάμνος ἐν τῇ γεύσει καὶ ἅπασι τοῖς κατὰ μέρος ἔργοις. τὰ μέντοι φύλλα καὶ οἱ μικροὶ βλαστοὶ λειωθέντες εἰς τοσοῦτο ξηραίνουσι καὶ στύφουσι, ὡς κολλᾷν τραύματα. τὰ δ' ἄνθη δραστικώτερα, ὡς μετ' οἴνου πινόμενα δυσεντερίας καὶ γαστρὸς ἀτονίας καὶ ῥεύματα καὶ ὑγρότητας ἰᾶσθαι. καταπλαττόμενα δὲ τὰ σηπεδονώδη τῶν ἑλκῶν ὀνίνησιν, ἐστι γὰρ ἡ δύναμις αὐτῶν οὐκ ἀγεννῶς ξηραντικὴ, σχεδόν που κατὰ τὴν δευτέραν ἀπόστασιν, ἀπὸ τῶν συμμέτρων ἤδη που συμπληρουμένων. ἔστι δὲ ψυχρὸς εἰς τοσοῦτον ὁ θάμνος, ὡς χλιαρᾶς μετέχειν θερμότητος. ἡ δὲ ὑποκιστὶς ὀνομαζομένη πολὺ δή τι καὶ τῶν φύλλων ἐστὶ στυπτικωτέρα, δραστικὸν ἱκανῶς φάρμακον εἰς ἅπαντα τὰ ῥοώδη πάθη, οἷον αἵματος ἀναγωγὰς, ῥοῦς γυναικείους, κοιλιακάς τε καὶ δυσεντερικὰς διαθέσεις. [191] ἀλλὰ καὶ ῥωννύναι τι μόριον εἰ βουληθείης μὲν, ἔκλυτον ὑγρότητι πλείονι γεγενημένον, ἐντίθησιν αὐτῷ τόνον οὐκ ἀγεννῶς. οὕτω τοι καὶ στομαχικοῖς ἐπιθέμασι καὶ ἡπατικοῖς μίγνυται καὶ εἰς τὴν διὰ

[27. *De cisto.*] Cistus aut cistatus, frutex ex gustu astringens, omnibusque particulatim operibus. Porro folia et parva germina trita adeo desiccant astringuntque, ut vulnera glutinare valeant. At flores magis sunt efficaces, adeo ut cum vino poti dysenterias, ventris imbecillitates, fluxusque ac humiditates sanent. Cataplasmatis ritu illita ulcerum putredinosa juvant, est enim facultas eorum non instrenue desiccans, fereque secundi excessus a temperatis absoluti. Adeo vero frutex hic frigidus est, ut tepidi caloris sit particeps. Porro hypocisthis quam vocant multo est magis astrictoria quam folia, admodum efficax remedium ad omnes fluxionum affectus, puta sanguinis rejectiones, profluvia muliebria, coeliacos dysentericosque affectus. Quin si quam partem roborare consilium sit, quae videlicet plusculo humore exoluta fuerint, robur ac firmitatem illi non segniter addit. Sic sane stomachicis epithematis hepaticisque commiscetur, et ex viperis con-

τῶν ἐχιδνῶν ἀντίδοτον ἐμβάλλεται ῥώσεως ἕνεκα καὶ τόνου τῶν σωμάτων.

[κη'. Περὶ κίσθου.] Κίσθος ἢ λάδανον. ἐν μὲν τοῖς θερμοτέροις χωρίοις οὗτος ὁ κίσθος γεννώμενος, οὐχ ἕτερος ὢν τῷ γένει τοῦ παρ' ἡμῖν, ἐξαίρετον ἐκτήσατο διὰ τὸ χωρίον ἰδίαν καὶ διαφορητικὴν θερμότητα καὶ κατ' ἄμφω τοῦ παρ' ἡμῖν διήλλαξε, τῷ τε τὴν ψύξιν ἀποθέσθαι καὶ τῷ προσλαβεῖν θερμότητα. τὰ μὲν οὖν ἄλλα τοῦ κίσθου παραπλήσια τοῖς ἐπὶ τοῦ παρ' ἡμῖν, τὸ δὲ καλούμενον λάδανον ἐξ αὐτοῦ γίγνεται φάρμακον, θερμὸν μὲν κατὰ τὴν πρώτην ἀπόστασιν, ἤδη που συμπληρουμένην, ὡς καὶ τῆς δευτέρας ἅπτεσθαι, μετέχον δὲ καὶ στύψεώς τινος βραχείας, ἔστι δὲ καὶ λεπτομερὲς τὴν οὐσίαν καὶ διὰ ταῦτα μαλακτικόν τέ ἐστι μετρίως καὶ διαφορητικὸν ὡσαύτως καὶ δηλονότι καὶ συμπεπτικόν. οὐδὲν οὖν θαυμαστὸν τοῖς κατὰ μήτραν ἐξαιρέτως ἁρμόττειν αὐτὸ διότι πρὸς τοῖς εἰρημένοις ἔχει τι καὶ στυπτικὸν βραχὺ, διὸ καὶ τὰς ῥεούσας κρατύνει τρίχας. ὅσα μὲν γὰρ ὑγρὰ μοχθηρὰ κατὰ τὰς ῥίζας αὐτῶν ἐστιν ἐκδα-

fectis antidotis inditur, nimirum quo corpora confirmet ac roboret.

[28. *De cifiho.*] Cifthus aut ladanum. In calidioribus regionibus hic cifthus proveniens, tametfi haud alius fit genere quam qui apud nos nafcitur, praecipuam tamen a regione ac peculiarem digerentemque caliditatem nactus eft, atque utroque, a noftrate differt, tum quia frigiditatem depofuit, tum quia calorem affumpfit. Itaque caetera quidem hujus cifthi illis quae in noftrate vifuntur fimilia funt. Verum ladanum quod vocant ex eo provenit, medicamentum primo exceffu jam quodammodo complete calidum, ut videlicet et fecundum attingat, habens etiam aftrictionis paululum, ad haec fubftantia tenuium partium, ac propter haec emolliens five malacticum, pariterque moderate digerens ac videlicet etiam concoquens. Itaque mirandum non eft, fi peculiariter ad uteri vitia conveniat, quandoquidem ad dicta paulum quiddam aftrictionis obtinet. Quocirca defluentes capillos retinet, nam quicquid ad radi-

Ed. Chart. XIII. [191.] Ed. Baf. II. (91.)

πανᾷ, συνάγει δὲ καὶ σφίγγει τῇ στύψει τοὺς πόρους, οἷς ἐμπεπήγασιν. ἀλωπεκίας δὲ καὶ ὀφιάσεις ἀδυνατόν ἐστιν ἰᾶσθαι, κἂν διαφορητικωτέρας δυνάμεως ἢ κατὰ λάδανον χρήζοντα παθήματα. γίγνεται γὰρ ταῦτα διὰ μοχθηροὺς χυμοὺς, γλίσχρους καὶ παχεῖς, οὓς τὰ τέμνοντα καὶ διαφοροῦντα φάρμακα μάλιστα ἐξάγει καὶ κενοῖ. λεπτομεροῦς δ' εἶναι χρὴ δυνάμεως αὐτὰ καὶ ἥκιστα στυπτικῆς, οὐ μὴν εἰς τοσοῦτόν γε λεπτομεροῦς καὶ ξηραντικῆς, ὡς ὑπερξηραίνειν τε καὶ συνεκβόσκεσθαι τοῖς παρὰ φύσιν ἠθροισμένοις αὐτόθι χυμοῖς, τὴν φυσικὴν ὑγρότητα αὐξάνουσαν τὰς τρίχας. οὕτω γὰρ οὐκ ἀλωπεκίας ἰάσεται μᾶλλόν περ ἢ φαλάκρωσιν ἐργάσεται· τῆς θεραπευτικῆς δέ ἐστιν ἤδη ταῦτα μεθόδου.

[κθ'. Περὶ κισσοῦ.] Κισσὸς ἐξ ἐναντίων σύγκειται δυνάμεων, ἔχει μὲν γάρ τι καὶ στυπτικῆς οὐσίας, ἣν δὴ γεώδη ψυχρὰν ἐδείκνυμεν ὑπάρχειν, ἔχει δὲ καὶ δριμείας, ἣν θερμὴν εἶναι καὶ ἡ γεῦσις μαρτυρεῖ, καὶ τρίτην δ' ἐπὶ ταύταις ὑδατώδους οὐσίας μετέχει χλιαρᾶς, ὅ γε χλωρός. ἐν γὰρ τῷ

ces eorum pravi humoris federit, id omne abfumit, tum meatus quibus infixi funt conftringit, contrahitque aftrictione. Caeterum alopecias et ophiafes fanare non poteft, utpote graviores vires quam quae ladano infunt pofcentes, quippe proveniunt ifta ex pravis fuccis lentis craffisque, quos incidentia ac difcutientia medicamenta potiffimum evocant atque evacuant. Caeterum tenuium partium fint facultatis oportet et minime aftringentis, non tamen usque adeo tenuium partium et deficcatoriae, ut nimio plus deficcent, unaque cum collectis inibi fuccis praeter naturam, naturalem quoque humiditatem incrementa pilis fuppeditantem abfumant. Nam fic non magis alopecia liberabunt quam et calvitiem afferent. Sed haec ad curandi rationem pertinent.

[29. *De ciffo, hedera.*] Hedera ex contrariis compofita eft facultatibus. Habet enim quiddam aftringentis fubftantiae, quam terrenam et frigidam effe oftendimus, habetque etiam nonnihil acris, quam calidam effe vel guftus comprobat, nec deeft tertia, aqueam namque fubftantiam

ξηραίνεσθαι ταύτην μὲν ἀνάγκη διαφορεῖσθαι πρώτην, ὑπολείπεσθαι δὲ τὴν γεωδεστέραν, τήν τε ψυχρὰν καὶ τὴν στύφουσαν καὶ τὴν θερμὴν τὴν δριμεῖαν. ἀλλ' ὅ γε χλωρὸς ἑψηθέντων τῶν φύλλων σὺν οἴνῳ καὶ τῶν μεγάλων τραυμάτων ἐστὶ κολλητικὸς καὶ τῶν κακοηθευμένων ἰατικός. ἐπουλοῖ δὲ καὶ τὰς ἐκ πυρὸς ἑλκώσεις. σὺν ὄξει δ' ἑψηθέντα τὰ φύλλα σπληνικοὺς ὠφελεῖ. τὰ δὲ ἄνθη αὐτοῦ ἰσχυρότερά πώς ἐστιν, ὡς μετὰ κηρωτῆς λειούμενα τοῖς πυρικαύτοις ἁρμόττειν. ὁ δὲ χυλός ἐστι μὲν καὶ ἔῤῥινον φάρμακον καὶ τὰ χρόνια δὲ τῶν ὤτων ἰᾶται ῥεύματα καὶ τῶν ἑλκῶν τὰ παλαιὰ κατά τε τὰ ὦτα καὶ τὰς ῥῖνας. ὡς ἂν δὲ δριμύτερος φαίνηται, ῥοδίνῳ ἢ ἐλαίῳ γλυκεῖ μίγνυται. τὸ δὲ δάκρυον αὐτοῦ φθεῖρας κτείνει καὶ τρίχας ψιλοῖ, θερμῆς εἰς τοσοῦτον ὑπάρχον δυνάμεως, ὡς καίειν ἀμυδρῶς. ἔστι γὰρ οἷον ὑδατώδης τις ὀπὸς, ὥσπερ καὶ ἄλλα δάκρυα.

[192] [λ'. Περὶ κλινοποδίου.] Κλινοπόδιον θερμαντικῆς ὑπάρχει δυνάμεως, οὐδέ πω καυστικῆς. ἔστι δὲ καὶ λε-

quandam tepidam obtinet certe, fi viridis fit. Siquidem dum arefcit, haec prima exhalet necesse eft, manetque quae terrea et frigida aftringensque et ea quae calida et acris. Viridis autem foliis ejus in vino decoctis vulnera grandia conglutinat, quaeque maligna funt ad fanitatem reducit, tum igne factas exulcerationes cicatrice includit. Porro cum aceto decocta folia lienofis profunt. Flores autem quodammodo validiores funt, ut ad laevorem redacti cum cerato ambuftis conveniant. Praeterea fuccus medicamentum eft naribus inditum caput purgans, tum vetuftas aurium fluxiones fanat, ad haec ulcera vetera tum in auribus tum in naribus. Porro fi acrior appareat, aut rofaceo aut dulci oleo mifcetur. Lachryma ejus pediculos interimit, pilis nudat, usqueadeo calidae poteftatis, ut obfcure adurat; eft enim velut aqueus quidam liquor, ficut aliae omnes lachrymae.

[30. *De clinopodio.*] Clinopodium calefaciendi vim obtinet, fed nondum adurendi, eft vero etiam effentia fub-

πτομερὲς τὴν οὐσίαν καὶ θείη ἄν τις αὐτὸ τῆς τρίτης τάξεως ἔν τε τῷ θερμαίνειν καὶ ξηραίνειν.

[λα΄. Περὶ κληματίδος.] Κληματίδος τὰ φύλλα δριμείας τε καὶ καυστικῆς ἐστι δυνάμεως, ὥστε καὶ λέπρας ἀποδέρειν. εἴη ἂν οὖν ἐκ τῆς τετάρτης τάξεως τῶν θερμαινόντων ἀρχομένης. ὀνομάζεται δὲ κληματὶς καὶ τὸ δαφνοειδὲς, ὅπερ ἔνιοι μυρσινοειδὲς, ἔνιοι δὲ πολυγονοειδὲς καλοῦσιν. ἀλλ' οὐκ ἔστιν ἑλκωτικὸν οὐδὲ δριμὺ, καθάπερ τὸ προειρημένον, ἀλλὰ διαῤῥοίας καὶ δυσεντερίας ὠφελεῖ μετ' οἴνου πινόμενον. ὀδόντων τε ἀλγήματα διαμασώμενον πραΰνει, καὶ τὰς τῶν ὑστερῶν ὀδύνας ἐν πεσσῷ προστιθέμενον ὠφελεῖ, τοσοῦτον ἀποδεῖ τοῦ καίειν, ἢ ἑλκοῦν, ὡς τὸ πρότερον. ἀλλ' ὅ γε θαυμασιώτατος Πάμφιλος, ὥσπερ τὰ ἄλλα πάντα ληρεῖ, περὶ ὧν οὐκ οἶδε γράφων, οὕτω καὶ ταῦτα ἄμφω συνέχεεν ἐς ταὐτόν. Διοσκουρίδης δ' ἀμφοῖν ἐν τῷ τετάρτῳ μέμνηται, τοῦ μὲν ἁπλῶς ὀνομαζομένου κληματοειδοῦς ἐπὶ τῇ τελευτῇ τοῦ βιβλίου, θατέρου δὲ κατὰ τὴν ἀρχήν. ὅθεν οὐδ' ἐμὲ χρὴ

tilium partium, ponatque ipsum quispiam in tertio ordine tum calefacientium tum resiccantium.

[31. *De clematide.*] Clematidis folia acrem et adurentem sive causticam facultatem obtinent, adeo ut et lepras excorient. Fuerit itaque in quarti ordinis calefacientium initio. Vocatur autem clematis et daphnoides, quod quidam myrsinoides, alii polygonoides appellitant. Caeterum id nequaquam exulceratorium est, aut acre, sicut quod ante dictum est, imo profluviis ac dysenteriis cum vino potum prodest, dentiumque dolores mansum mitigat, tum uteri quoque doloribus in pesso admodum usui est, tantum abest, ut perinde urat, aut ulceret, ceu illud superius. Sed summe nobis suspiciendus Pamphilus ille sicuti in reliquis nugatur de iis quae nunquam vidit, literis ea mandans, sic haec ambo in unum confudit. At Dioscorides utriusque in quarto meminit, et ejus quae simpliciter vocatur clematoides, idque in fine libri, et alterius, sed in principio. Quam-

Ed. Chart. XIII. [192.] Ed. Bas. II. (91. 92.)

γράφειν ἔτι τὰς ἰδέας ἀμφοῖν, ὥσπερ οὐδ' ἐπὶ τῶν ἄλλων ἐποίησα.

(92) [λβ'. Περὶ κνίκου.] Κνίκου τῷ σπέρματι πρὸς τὰς καθάρσεις μόνον χρώμεθα., τῆς τρίτης γάρ ἐστι τάξεως τῶν θερμαινόντων, εἴ τις ἔξωθεν αὐτῷ χρῆσθαι βούλοιτο.

[λγ'. Περὶ κόκκου Κνιδίου.] Κόκκος Κνίδιος καθαίρει μὲν καὶ αὐτὸς, δριμείας δ' ἐστὶ καὶ καυστικῆς δυνάμεως.

[λδ'. Περὶ κόκκου βαφικοῦ.] Κόκκος βαφικὸς στυπτικὴν μὲν ἔχει καὶ πικρὰν ἅμα τὴν ποιότητα, ξηραίνει δ' ἀμφοτέραις ἀδήκτως, καὶ διὰ τοῦτο πρός τε τὰ μεγάλα τῶν τραυμάτων ἁρμόττει καὶ πρὸς τὰς τῶν νεύρων τρώσεις. λειοῦσι δ' αὐτὴν ἔνιοι μὲν σὺν ὄξει τηνικαῦτα, σὺν ὀξυμέλιτι δ' ἄλλοι.

[λε'. Περὶ κοκκυμηλέας.] Κοκκυμηλέας ὁ καρπὸς ὑπάγει γαστέρα, καὶ πρόσφατος μὲν ὑπάρχων μᾶλλον, ξηρανθεὶς δ' ἧττον. Διοσκουρίδης δ' οὐκ οἶδ' ὅπως τὰ Δαμασκηνὰ κοκκύμηλα ξηρανθέντα φησὶν ἐπέχειν γαστέρα. ὑπάγει μὲν γὰρ καὶ ταῦτα σαφῶς, ἀλλ' ἧττον τῶν ἐκ τῆς Ἰβηρίας.

obrem non est necesse ut ego rursum notis suis utrumque depingam, sicut nec in aliis feci.

[32. *De cnico.*] Cnici semine duntaxat ad purgationes utimur, tertii est ordinis calefacientium, siquis foris eo uti volet.

[33. *De cocco Cnidio, seu grano Cnidio.*] Granum Cnidium et ipsum quoque purgat, sed acris est adurentisque facultatis.

[34. *De cocco baphico, grano tinctorio.*] Granum tinctorium astringentem simulque amaram qualitatem possidet. Utraque sine morsu desiccat. Proinde ad ingentia vulnera congruit et ad nervorum vulnera. Sed tunc ipsum quidam cum aceto terunt, alii cum oxymelite.

[35. *De coccymelea, seu pruno.*] Pruni fructus ventrem subducit, recens quidem olus, aridus minus. Caeterum haud scio cur Dioscorides pruna Damascena siccata ventrem sistere dicat, quum et ipsa palam etiam subducant, minus tamen quam quae importantur ex Iberia,

Ed. Chart. XIII. [192. 193.] Ed. Baf. II. (92.)

ἔστι δὲ τὰ μὲν Δαμασκηνὰ στυπτικώτερα, τὰ δ' ἐκ τῆς Ἰβηρίας γλυκύτερα, καὶ δὴ καὶ τὰ δένδρα τοῖς καρποῖς ἀνάλογον. ἧττον μὲν στυπτικὰ τὰ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν, μᾶλλον δὲ τὰ κατὰ τὴν Δαμασκόν. ἁπλῶς δ' εἰπεῖν ὧν ἐν τοῖς φύλλοις ἢ τοῖς βλαστοῖς ἐμφαίνεταί τις στύψις σαφὴς, ταῦτα ἀφεψόμενα διάκλυσμα γίγνεται τῶν περὶ γαργαρεῶνα καὶ παρίσθμια φλεγμονῶν. [193] ὁ δὲ τῶν ἀγρίων καρπὸς στυπτικὸς ἐναργῶς ἐστι καὶ σταλτικὸς γαστρός. ὀνομάζεται δὲ τὸ φυτὸν τοῦτο κατὰ τὴν Ἀσίαν προῦμνον. τὸ δὲ κόμμι τοῦ δένδρου φασὶν ἔνιοι μετ' οἴνου πινόμενον λίθων εἶναι θρυπτικὸν, σὺν ὄξει δὲ λειχῆνας ἰᾶσθαι παίδων, καὶ εἴπερ αὐτὸ ποιεῖ, δῆλον ὡς τμητικῆς τε καὶ λεπτομεροῦς μετέχει δυνάμεως.

[λστ'. Περὶ κόλλας.] Κόλλα, ἣν εἰς τὰ βιβλία σκευάζουσιν ἐκ σεμιδάμεώς τε καὶ γύρεως, ἐμπλαστικῆς τε καὶ πεπτικῆς ἐστι δυνάμεως οἷς ἂν καταπλασθῇ μέρεσιν.

[λζ'. Περὶ κολοκύνθης.] Κολοκύνθη ὑγρᾶς καὶ ψυχρᾶς ἐστι κράσεως κατὰ τὴν δευτέραν ἐν ἀμφοῖν τάξιν, ὅθεν καὶ

ſiquidem Damaſcena magis aſtringunt, at quae Iberia fert dulciora ſunt, quin et ipſae arbores fructibus proportione reſpondent. Minus enim aſtringunt quae in Iberia naſcuntur, magis vero quae Damaſci. Caeterum ut in ſumma dicam, quorum in foliis aut germinibus aſtrictio quaedam ineſſe apparet manifeſta, iis decoctis phlegmonae in columella aut tonſillis exiſtentes idonee colluuntur. Porro agreſtium fructus evidenter aſtrictorius eſt, ventremque ſiſtit, nominatur autem haec planta in Aſia prumnum. Gummi autem arboris ſunt qui dicant cum vino potum lapides confringere, cum aceto puerorum ſanare lichenas. Ac ſi id praeſtat, clarum eſt incidentem tenuiumque partium illi facultatem ineſſe.

[36. *De Colla, glutine.*] Gluten, quod ad libros praeparant ex ſimilagine et garo, emplaſticae concoctoriaeque facultatis eſt quibuscunque ipſum partibus illinas.

[37. *De Colocynthe, cucurbita.*] Cucurbita humidae frigidaeque temperiei eſt, utraque qualitate ſecundi

τῶν ξυσμάτων αὐτοῦ ὁ χυλὸς πρὸς ὠταλγίας τὰς κατὰ φλεγμονὴν ἁρμόττει σὺν ῥοδίνῳ χρωμένοις. οὕτω δὲ καὶ ὅλη καταπλαττομένη τὰς θερμὰς φλεγμονὰς ἐμψύχει μετρίως. ἔστι δὲ καὶ ἐσθιομένη πλαδώδης καὶ ἄδιψος.

[λη'. Περὶ κολοκυνθίδος.] Κολοκυνθὶς πικρὰ μέν ἐστι τὴν γεῦσιν, ἀλλ' ὅσα πικρότητος ἔργα πρόσεστι πινομένῳ φαρμάκῳ, ταῦτ' οὐ δύναται δρᾷν ἐναργῶς ἀπὸ τῆς καθαρτικῆς δυνάμεως, ἣν ἰσχυρὰν ἐν αὐτῇ κέκτηται, φθάνουσα μεθ' ὧν καθαίρει διὰ τῆς γαστρὸς ἐκκρίνεσθαι. χλωρᾶς δ' αὐτῆς ὁ χυλὸς ἀνατριβόμενος ἰσχιάδας ὀνίνησι.

[λθ'. Περὶ κομάρου.] Κόμαρος. στρυφνὸν τῇ ποιότητι τὸ δένδρον ἅμα τῷ καρπῷ, μημέκυλον δὲ ὀνομάζουσιν αὐτόν. ἔστι δὲ καὶ κακοστόμαχος οὗτος καὶ κεφαλαλγής.

[μ'. Περὶ κόμμεως.] Κόμμι δάκρυόν ἐστιν ἐπιπηγνύμενον τοῖς στελέχεσι τῶν γεννώντων αὐτὸ δένδρων ὥσπερ καὶ ἡ ῥητίνη πολλῶν, ὅσα ῥητίνην πέφυκε γεννᾷν. ἔστι δὲ

ordinis. Quocirca ramentorum ejus fuccus ad aurium dolores cum phlegmone junctos cum rofaceo utilis eft. Sic tota quoque illita calidas phlegmonas mediocriter refrigerat. In efu autem humida eft et fitim propellens.

[38. *De Colocynthide.*] Colocynthis guftu amara eft. Sed quae illi amaroris, dum potatur, adfunt opera, ea evidenter efficere nequit, ob purgatoriam facultatem, quam validam in fefe continet, nimirum cum iis quae purgat ante et ipfa per alvum excerni praevertens. Viridis ipfius fuccus intritus ifchiadibus prodeft.

[39. *De Comaro, arbuto.*] Arbutus arbor ipfa qualitate acerba una cum fructu eft. Eum memecylum nuncupant. Eft autem hic et infenfus ftomacho et capiti dolorem commovens.

[40. *De Gummi.*] Gummi lachryma eft congelata concretaque in truncis arborum ipfam producentium, velut refina quoque in multis vifitur quae refinam proferre pof-

Ed. Chart. XIII. [193. 194] Ed. Baf. II. (92.)

ξηραντικῆς τε καὶ ἐμπλαστικῆς δυνάμεως καὶ δῆλον ὅτι καὶ τραχυτήτων ἰατική.

[μα'. Περὶ κονίας.] Κονία. τὸ οἷον περίπλυμα τῆς τέφρας οὕτως ὀνομάζεται. ῥυπτικωτάτη δ' ἐστὶ καὶ ξηραντικωτάτη πασῶν ἡ ἐκ τῆς συκίνης τέφρας καὶ τῶν τιθυμάλλων καὶ σχεδὸν ἤδη τῆς καλουμένης σηπτικῆς δυνάμεως, ἣν οἷα τίς ἐστιν ἐν τῷ πέμπτῳ λόγῳ διῆλθον.

[μβ'. Περὶ κονύζης.] Κόνυζα καὶ ἡ μείζων καὶ ἡ μικρὰ παραπλησίας εἰσὶ κράσεώς τε καὶ δυνάμεως, ἐν μὲν τῇ γεύσει δριμεῖαι καὶ πικραὶ φαινόμεναι, θερμαίνουσί τε πάνυ σαφῶς, ἄν γέ τις λειώσας τὰ φύλλα σὺν τοῖς ἁπαλοῖς κλαδίσκοις, θαμνῶδες γὰρ τὸ φυτὸν, ἐπιπλάσσῃ τι μέρος, ἄν τε καὶ ἀφεψήσας ἐν ἐλαίῳ χρήσαιτο τούτῳ. δοκεῖ γοῦν καὶ τῶν κατὰ περίοδον ῥιγῶν ἀλεξητήριον εἶναι τὸ τοιοῦτον ἔλαιον. [194] καὶ τὰ ἄνθη δ' αὐτῶν παραπλησίας ἐστὶ δυνάμεως, ὥστε τινὲς καὶ ταῦτα σὺν τοῖς φύλλοις τρίψαντες σὺν οἴνῳ ποτίζουσιν ὑπὲρ τοῦ καταμήνια κινῆσαι βιαίως καὶ ἔμβρυα ἐκβαλεῖν. ἔστι δὲ καὶ τρίτον εἶδος κονύζης ἐν

funt. Eft autem exiccatoriae emplafticaeque facultatis. Proptereaque afperitatibus medetur.

[41. *De Conia, lixivio.*] Lixivium, quod velut ablutio eft cineris, fic nominatur. Porro omnium maxime tum abfterforium tum exiccatorium illud eft quod ex cinere ficus et tithymallorum efficitur, fereque fepticae, feu putrefacientis eft facultatis, quae cujusmodi fit in quinto volumine expofui.

[42. *De Conyza.*] Conyza et major et minor affimilis funt tum temperiei tum facultatis guftu amarae et acres apparentes. Calefaciuntque admodum luculenter, five quis folia cum teneris ramulis, eft enim fruticofa planta, parti cuipiam illinat, five ubi in oleo coxerit, eo utatur, fiquidem rigores per circuitum redeuntes tale fanare oleum videtur. Flores quoque eorum affimilis funt facultatis. Itaque quidam et ipfos cum foliis tritos in vino bibendos exhibent ad menfes fortiter ducendos ejiciendumque foetum. Eft et tertium conyzae genus in locis humidioribus

Ed. Chart. XIII. [194.] Ed. Bas. II. (92.)
ὑγροτέροις χωρίοις φυόμενον, ἀμφοῖν δυσωδέστερον καὶ ἀσθενέστερον. ἀλλ' αἵ γε πρῶται ῥηθεῖσαι τῆς τρίτης εἰσὶ τάξεως ἐν τῷ ξηραίνειν καὶ θερμαίνειν.

[μγ'. Περὶ κοριάνου.] Κορίανον, ἢ κόριον, ἢ ὅπως ἂν ἐθέλῃς ὀνομάζειν, οἱ μὲν γὰρ Ἕλληνες οἱ παλαιοὶ κορίαννον καλοῦσιν, οἱ νεώτεροι δ' ἰατροὶ πάντες ὀνομάζουσιν κόριον, ὥσπερ καὶ Διοσκορίδης ψυκτικὴν λέγων εἶναι τὴν πόαν οὐκ ὀρθῶς. σύγκειται γὰρ ἐξ ἐναντίων δυνάμεων πολὺ μὲν ἔχουσα πικρᾶς οὐσίας, ἥτις ἐδείκνυτο λεπτομεροῦς ὑπάρχειν καὶ γεώδης, οὐκ ὀλίγον δὲ καὶ ὑδατώδους ὑγρότητος χλιαρᾶς κατὰ δύναμιν, ἔχει δέ τι καὶ στύψεως ὀλίγης. ἐξ ὧν ἁπάντων ἐνεργεῖ μὲν ποικίλως ὅσα περ ὁ Διοσκορίδης ἔγραψεν, οὐ μὴν τῷ ψύχειν γε μόνῳ. ἀλλ' ἐγὼ τὴν αἰτίαν ἑκάστης τῶν κατὰ μέρος αὐτῆς ἐνεργειῶν διηγήσομαι, καίτοι προὔκειτό μοι τὴν ἐμαυτοῦ γνώμην ἐν τῷ παρόντι λόγῳ διέρχεσθαι μόνην. ἀλλ' ἴσως οὐδὲν κωλύσει, μᾶλλον δ', εἰ χρὴ τἀληθὲς εἰπεῖν, ὠφελήσει τέ τι καὶ ἀναμνήσει τῶν ἐμ-

proveniens, utrisque illis tum graveolentius tum imbecillius. Sed primae memoratae tertii sunt ordinis in calefaciendo exiccandoque.

[43. *De Coriandro.*] Coriandrum sive Corion, aut utcunque vocare lubet. Vetustiores Graeci coriannon nominabant, at recentiores medici omnes corion appellitant, sicut et Dioscorides, refrigeratoriam esse herbam ipsam dictitans, sed perperam. Siquidem ex contrariis facultatibus constat et composita est, plurimum habens essentiae amarae, quam ostendimus esse tenuium partium et terrenam calidam, nec parum etiam aqueae humiditatis obtinet, quae tepentis est facultatis, his adjunctum est quoque astrictionis pauxillum. Ex quibus omnibus varie quidem agit ea quae scribit Dioscorides, sed non tantum ex refrigeratione. Caeterum ego cujusque particulatim actionis causam enarrabo, tametsi propositum fuerat mihi meam unius duntaxat hoc in libro sententiam expromere. Sed forte nihil obstabit, imo si verum fatendum est, proderit nonnihil superiores

προσθεν μεθόδων τὰ κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον ἐπ' ὀλίγων φαρμάκων λεγόμενα. πρῶτον μὲν οὖν οὐχ ὁ Διοσκορίδης μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄλλοι πολλοὶ τῶν ἰατρῶν ἀδιορίστως ἀποφαίνονται περὶ τῶν νοσημάτων, ὥσπερ ἀμέλει καὶ (93) τῶν νῦν ἔστιν εὑρεῖν οὐκ ὀλίγους ἰατροὺς εὐδοκίμους παρὰ τὰ ἄλλα ταύτῃ μέγιστα σφαλλομένους. ἐνίοτε μὲν γὰρ μέλανος καὶ πελιδνοῦ καὶ ψυχροῦ γεγενημένου τοῦ τὸ ἐρυσίπελας ἐσχηκότος μορίου καὶ δεομένου μηκέτι τῶν ψυχόντων φαρμάκων ὡς πρόσθεν, ἀλλ' ἤδη τῶν ἐκκενούντων τὸν παρὰ φύσιν ἐμπεπλασμένον ἐν τῷ χωρίῳ χυμὸν, οἵδε ψύχουσιν ἔτι, ἐνίοτε δὲ μεταβαίνουσιν ἐπὶ τὰ διαφοροῦντα, λέγουσι δὲ ἐρυσίπελας ἰᾶσθαι. καὶ δὴ καὶ γράφουσιν ἀρχομένων μὲν ἔτι καὶ αὐξανομένων τῶν ἐρυσιπελάτων ἕτερα φάρμακα, παρακμαζόντων δ' ἕτερα. τὸ δ' οὐχ οὕτως ἔχει. οὔτε γὰρ ἐρυσίπελας ἔτι κλητέον, ὅταν οἴχεται τὸ φλογῶδες αὐτοῦ καὶ ζέον καὶ χολῶδες, οὔτε ψυχρὰ ταῖς δυνάμεσιν, οὔτε τὰ τῶν τοιούτων διαθέσεων ἰάματα νομιστέον, ἀλλ' ὥσπερ εἰ καὶ κατ' ἀρχὰς εὐθὺς, ἢ πληγέντων, ἢ ὁπωσοῦν ἄλλως, ὄγκος

methodos, quae in paucis medicamentis sunt dictae, hic repetere. Primum ergo non Dioscorides tantum, sed et alii complures medicorum, indeterminate de morbis pronunciant, sicut sane hac quoque tempestate non paucos invenias medicos vel insignes praeter alia hac in re turpissime hallucinantes. Interdum enim atra, livida frigidaque reddita parte quae erysipelas habuit, nec amplius refrigerantia poscente pharmaca, ceu antea, sed ea quae infixum parti praeter naturam humorem eliciant, hi refrigerare perseverant, interdum autem ad digerentia transeunt, eaque erysipelas sanare dicunt. Et sane etiam scribunt incipientibus quidem etiamnum atque gliscentibus crescentibusve erysipelatis alia medicamenta, declinantibus vero ac flaccescentibus alia. Sed ita res non habet. Neque enim erysipelas etiam vocari debet postea quam inflammatio ejus et fervor ac biliosum illud abierint, neque quae has affectiones sanant facultate frigida esse putandum. Sed velut si vel in initio protinus aut percussis, aut alia de causa quavis,

ἐν μορίῳ τινὶ πελιδνὸς ἢ μέλας ἐγεγένητο καὶ ψυχρὸν ἂν ἐνομίζετο πάθος εἶναι καὶ δεῖσθαι τῶν διαφορούντων τε καὶ θερμαινόντων φαρμάκων, κατὰ τὸν αὐτὸν εἶναι τρόπον εἰ μεταπέσοι ποτὲ θερμὴ διάθεσις εἰς ψυχρὰν, ἐπιλαθέσθαι μὲν τῆς προτέρας, ὀνομάζειν δ' ἑτέρῳ τὴν δευτέραν ὀνόματι, ἢ εἰ μὴ τό γε ὄνομα μετάβαλλειν ἐθέλοις, ἀλλ' ὥσπερ ἔνιοι τῆς μὲν ἀρχῆς ἕτερα, τῆς παρακμῆς δ' ἄλλα γράφουσι βοηθήματα, μήτοι γε καὶ ψυχρὰ νομίζειν εἶναι τὰ τῆς παρακμῆς φάρμακα, συγχωρητέον μὲν ἐρυσίπελας ὀνομάζειν, εἴ τις βούλοιτο, τὴν τοιαύτην διάθεσιν, οὐ μὴν θερμήν γ' ἔτι καλεῖν αὐτὴν συγχωρητέον, ὁπότε κατέψυκται. μὴ τοίνυν μηδὲ τὸ τηνικαῦτα βοηθοῦν αὐτῇ ψυκτικὸν εἶναι νομίζωμεν, ὥσπερ ὁ Διοσκορίδης τὸ κορίανον, ὅτι καταπλαττόμενον, ὡς αὐτός φησι, μετ' ἄρτου ἢ ἀλφίτων ἰᾶται τὸ ἐρυσίπελας. ἀκριβὲς γὰρ ἐρυσίπελας, ὃ δὴ φλογῶδές τε καὶ ξανθόν ἐστιν, οὐκ ἄν ποτε ἰάσαιτο σὺν ἄρτῳ κορίανον, ἀλλὰ τὸ ἀποψυχόμενον ἤδη. [195] διὰ τοῦθ' ἡμεῖς ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις, ὁπότε τῇ διωρισμένῃ πείρᾳ δοκιμάζειν ἑκάστου τῶν φαρ-

tumor in parte quapiam aut lividus aut niger extiterit, eum esse frigidum affectum existimabis et quae digerant calefaciantque poscere, ad eundem, opinor, modum, si calida affectio in frigidam reciderit, negligenda quidem prior est, sed secunda alio appellanda nomine, aut si displicet nominis mutatio, saltem sicut quidam alia scribunt principii, alia declinationis remedia, haud sane censendum frigida esse declinationis remedia. Concedendum sane est, si cui ita placet, ut talis affectio etiam erysipelas vocetur, sed eam etiam calidam dicere ubi jam refrigerata est, id vero neutiquam concedendum. Itaque ne, quod tunc ei auxilio est, refrigeratorium esse credamus, sicut Dioscorides coriandrum, quod cum pane aut polenta, aut ipse inquit, erysipelas curet illitum. Nam quod ad unguem est erysipelas, quod utique inflammatum est et flavum, haud unquam sanare queat cum pane coriandrum, sed illud quod jam refrigeratum est. Proinde nos superioribus voluminibus cum determinata ac definita experientia cujusque medicamanti

μάκων τὴν δύναμιν ἠξιοῦμεν, ἁπλοῦν ὡς ἔνι μάλιστα τὸ πάθος ἐκλέγεσθαι συνεβουλεύομεν. οἱ πολλοὶ δὲ τῶν ἰατρῶν οὐδ' ὅτι τὰ πλεῖστα τῶν νοσημάτων εὐθὺς ἀπ' ἀρχῆς εἰσβάλλει σύνθετα γιγνώσκουσιν, οὐδὲ ὡς ἄλλο μέν τι πάθος ἐρυσίπελάς ἐστιν ἀκριβὲς, ἄλλο δ' ἡ καλουμένη πρὸς ἁπάντων ἡμῶν ἤδη συνήθως, ἢ πρός γε τῶν παλαιῶν, φλεγμονή. ἄλλα δ' ἐν τῷ μεταξὺ πάμπολλα τὰ μὲν ὡς ἂν εἴποι τις ἐρυσιπέλατα φλεγμονώδη, τὰ δ' οἷον φλεγμοναί τινες ἐρυσιπελατώδεις. εὕροις δ' ἄν ποτε καὶ μηδέτερον ἐπικρατοῦν, ἀλλ' ἀκριβῶς ἰσάζοντα, καίτοι καὶ οἰδηματῶδες ἐνίοτε φαίνεται γιγνόμενον ἐρυσίπελας, ὥσπερ ἕτερον σκιῤῥῶδες, ὥστε καὶ τῶν συνθέτων νοσημάτων οὐκ ὀλίγον ἀθροίζεσθαι πλῆθος. ὑπὲρ ὧν ἐπὶ πλέον μὲν ἐν ἄλλοις τέ τισιν εἴρηται καὶ τοῖς τῆς θεραπευτικῆς μεθόδου γράμμασι, λεχθήσεται δὲ καὶ νῦν, τό γε τοσοῦτον ἀναγκαῖον αὐτῶν μνημονεῦσαι, ὡς ἀκριβὲς ἐρυσίπελας οὐκ ἄν ποτε τὸ προειρημένον ἰάσαιτο κατάπλασμα. καλῶ δ' ἀκριβὲς, ἐπειδὰν ὑπὸ χολώδους ῥεύματος ἐμπλησθῇ τὸ μόριον. ὅτι δὲ πόῤῥω τοῦ

facultatem explorandum cenfuimus, quam maxime fieri poffet fimpliciffimum eligi affectum confuluimus. At plerique medici, neque quod vel plurimi morborum protinus ab initio compofiti invadant, norunt, neque quod alius affectus fit eryfipelas exactum, alius vero is qui vocatur ab omnibus nobis ufitate, ut a veteribus quoque, phlegmone, alii autem inter hos medii plurimi partim, ut fic dicam, eryfipelata phlegmonode, partim phlegmonae eryfipelatodeis, ac invenias nonnunquam ubi neutrum vincat, fed ad unguem paria fint, quin etiam nonnunquam oedematodes effe eryfipelas confpicitur, ficut aliud fcirrhodes, ut compofitorum morborum non parvus acervetur numerus. De quibus copiofius cum alibi differuimus tum in curandi rationis voluminibus. Dicetur autem et nunc, quoad faltem eorum meminiffe neceffe eft, quod exactum eryfipelas haud unquam ab antedicto cataplasmate curari poffit. Voco autem exactum, quum a biliofa fluxione pars impleta fuerit. Porro quod longe a refrigeratione abfit coriandrum, vel ex

Ed. Chart. XIII. [195.] Ed. Bas. II. (93.)

ψύχειν ἐστὶ κορίανον, ἔνεστί σοι κἀξ αὐτῶν ὧν Διοσκορίδης ἔγραψε καταμαθεῖν. χοιράδας γοῦν φησι διαλύειν αὐτὸ μετ' ἐρεγμοῦ. ὅτι δ' οὐδὲν τῶν ψυχόντων φαρμάκων ἱκανόν ἐστι διαλύειν χοιράδας, οὐδ' αὐτὸν οἶμαι τὸν Διοσκορίδην ἀμφισβητήσειν μυρία μὲν ἀναγράψαντα φάρμακα χοιράδων ἰατικὰ, πάντα δ' ὁμολογοῦντα καὶ θερμὰ ταῖς κράσεσι καὶ διαφορητικὰ ταῖς ἐνεργείαις ὑπάρχειν.

[μδ'. Περὶ κορωνόποδος.] Κορωνόποδος ἡ ῥίζα πεπίστευται κοιλιακοὺς ὠφελεῖν ἐσθιομένη.

[με'. Περὶ κόστου.] Κόστος βραχείας μὲν πάνυ τῆς πικρᾶς, πλείστης δὲ τῆς δριμείας καὶ θερμῆς μετέχει ποιότητός τε καὶ δυνάμεως, ὡς ἤδη καὶ ἑλκοῦν, ὅθεν ἀνατρίβουσιν αὐτῷ μετ' ἐλαίου τὸ σῶμα πρὸ τῆς καταβολῆς ἐπὶ τῶν κατὰ περίοδον ῥιγούντων. οὕτω δὲ κἀπὶ τῶν ἰσχιαδικῶν καὶ παραλελυμένων τε καὶ ὅλως ἐφ' ὧν ἤτοι θερμῆναί τι πρόκειται μόριον, ἢ ἐκ τοῦ βάθους εἰς τὴν ἐπιφάνειαν ἕλξαι τινὰ χυμὸν, ἐπὶ τὸν κόστον ἔρχονται. διὰ δὲ τὴν αὐτὴν αἰτίαν οὐρητικός τ' ἐστὶ καὶ ἐμμήνων ἀγωγὸν καὶ πρὸς

iis, quae ipse scripsit Dioscorides, discere liceat. Nam strumas cum lomento, inquit, discutit. Porro quod nullum refrigerantium medicamentorum idoneum sit discutiendis strumis, vel ipsum Dioscoridem non dubitaturum arbitror, quippe qui sexcenta scripserit medicamenta strumas sanare potentia, quae omnia tum temperie calida tum actionibus digerentia esse confessus est.

[44. *De Coronopode.*] Coronopodis radix coeliacis prodesse creditur manducata.

[45. *De Costo.*] Costus leviculam plane amaram, plurimam autem acrem et calidam in se qualitatem simul et facultatem continet, adeo ut etiam exulceret. Unde ex oleo corpus eorum, quibus per circuitum rigor invadit, ante accessionem illo confricant. Sic vero etiam in resolutis et ischiadicis, atque in summa in quibus calefacere partem quamvis aut ex alto in superficiem extrahere quippiam est opus, ad costum confugitur. Eadem de causa urinas mensesque provocat, et ad rupta, convulsa ac laterum dolores

ῥήγματά τε καὶ σπάσματα καὶ πόνους πλευρῶν ἁρμόττει. διὰ δὲ τὴν συνοῦσαν πικρότητα καὶ πλατείας ἕλμινθας ἀναιρεῖ, δι᾽ ἥνπερ καὶ πρὸς τὰς ἐφήλεις αὐτῷ χρῶνται μεθ᾽ ὕδατος ἢ μέλιτος. ἐνυπάρχει δ᾽ αὐτῷ τις τῇ κράσει φυσώδης ὑγρότης, δι᾽ ἣν καὶ πρὸς ἀφροδίσια παρορμᾷ μετ᾽ οἰνομέλιτος.

[μστ΄. Περὶ κοτυληδόνος.] Κοτυληδὼν μικτῆς ἐστι δυνάμεως ὑγρᾶς, ὑποψύχρου καὶ τινὸς ἀμυδρῶς ὑποστυφούσης καὶ σὺν αὐτῇ βραχείας πικρᾶς, ὅθεν ἐμψύχει καὶ ἀποκρούεται καὶ ῥύπτει καὶ διαφορεῖ. φλεγμονάς τε οὖν τὰς ἐρυσιπελατώδεις καὶ ἐρυσιπέλατα φλεγμονώδη θεραπεύει, καὶ μάλιστα στομάχου καυσουμένου χρήσιμον ἱκανῶς ἐστιν ἐπίπλασμα. πεπίστευται δὲ τὰ φύλλα σὺν τῇ ῥίζῃ ἐσθιόμενα λίθους τε θρύπτειν καὶ οὖρα κινεῖν.

[196] [μζ΄. Περὶ κρανίας.] Κρανίας τοῦ δένδρου καὶ ὁ καρπὸς στρυφνὸς ἱκανῶς ἐστιν ἐδώδιμος ὑπάρχων, ὥστε οὐδὲν θαυμαστὸν ἕλκειν καὶ ἰσχυρῶς ἐπέχειν αὐτὸν τὴν γαστέρα, καθάπερ καὶ τὰ μέσπιλα. καὶ τὰ φύλλα δὲ καὶ οἱ

congruit. Porro ob amarorem, qui illi ineſt, lumbricos latos necat. Ob eandam et ad contractas velut ex ſole maculas cum aqua aut melle uſurpant. Ineſt item flatuoſa quaedam illi temperiei humiditas, per quam et ventrem excitat cum vino mulſo.

[46. *De Cotyledone, umbilico veneris.*] Cotyledon facultatis mixtae eſt, nempe humidae, ſubfrigidae et cujusdam obſcure ſubaſtringentis et cum ea leviter amarae. Unde refrigerat, repercutit, abſtergit et diſcutit. Itaque phlegmonas eryſipelatodeis et eryſipelata phlegmonode curat, et maxime ſtomachi ardore aeſtuantis admodum utile eſt cataplasma. Putantur folia cum radice manducata calculos confringere et urinam movere.

[47. *De Corno.*] Corni arboris fructus admodum acerbus eſt, eſui aptus. Itaque mirum videri non debet, ipſum valenter ventrem reſtringere, ſicut et meſpila. Folia quoque et germina guſtu acerba ſunt valenterque deſiccant.

βλαστοὶ στρυφνοὶ γενόμενοί εἰσι καὶ ξηραίνουσιν ἰσχυρῶς, ὥστε καὶ τὰ μέγιστα τραύματα κολλᾷν δύνανται καὶ μάλιστα τῶν σκληρῶν σωμάτων. μικροῖς δὲ τραύμασιν ἢ μαλακοῖς σώμασιν ἐναντίοι μᾶλλόν εἰσιν, συντείνουσι γὰρ ταῦτα ξηραίνοντα ἐπιπλέον τοῦ δέοντος.

[μη΄. Περὶ κράμβης.] Κράμβη ἐδώδιμος ξηραντικῆς ἐστι δυνάμεως, ἐσθιομένη τε καὶ ἔξωθεν ἐπιτιθεμένη. οὐ μὴν ἤδη γέ πως δριμείας ἱκανῶς, ἀλλ᾽ ὥστε καὶ τραύματα κολλᾷ καὶ τὰ κακοήθη τῶν ἑλκῶν ἰᾶται, καὶ τὰς φλεγμονὰς τὰς ἤδη σκιῤῥουμένας τε καὶ δυσλύτους καὶ τῶν ἐρυσιπελάτων τὰ τοιαῦτα. κατὰ δὲ τὴν αὐτὴν δύναμιν ἐπινυκτίδας καὶ ἕρπητας ἰᾶται. ἔχει δέ τι καὶ ῥυπτικὸν ἐν αὐτῇ, καθ᾽ ὃ καὶ λέπρας θεραπεύει. τὸ δὲ σπέρμα πινόμενον ἕλμινθας ἀναιρεῖ καὶ μάλιστα τῆς Αἰγυπτίας κράμβης, ὅσωπερ καὶ ξηροτέρα τὴν κρᾶσίν ἐστι, καὶ δηλονότι πικρᾶς μετέχει ποιότητος τὸ σπέρμα, ὥσπερ καὶ τἄλλα πάντα φάρμακα τὰ πρὸς ἕλμινθας ἁρμόττοντα. κατὰ τὴν αὐτὴν δύναμιν ἐφηλίδάς τε καὶ φακοὺς ὅσα τε ἄλλα μετρίας δεῖται ῥύψεως ὀνίνησιν. οἵ τε καυλοὶ τῆς κράμβης καυθέντες ἰσχυ-

Itaque maxima vulnera glutinare poffunt, potiffimum durorum corporum. At parvis vulneribus et mollioribus corporibus potius contraria funt, nam nimium ea contendunt ac plus fatis deficcant.

[48. *De Crambe, Braffica.*] Braffica efculenta deficcandi vim habet tum efa tum foris impofita, non tamen etiam admodum acrem. Alioqui et vulnera glutinat et maligna ulcera fanat, praeterea phlegmonas jam induratas ac aegre folubiles et id genus quoque eryfipelata. Eadem facultate epinyctidas et herpetes fanat. Habet quiddam etiam in fe absterforium, quo lepras curat. Porro femen ejus potum lumbricos interficit, maxime braffıcae Aegyptiae, quanto fcilicet temperie ficcior eft. Sane amarae qualitatis particeps femen eft, ficut videlicet omnia alia medicamenta, quae ad lumbricos idonea funt. Secundum eandem facultatem ephelidas et lentes et quaecunque modicam absterfionem poftulant adjuvat. Porro caules braffıcae combufti

Ed. Chart. XIII. [196.] Ed. Baſ. II. (93. 94.)

ρῶς ξηραίνουσαν ποιοῦσι τέφραν, ὡς ἤδη τι καὶ τῆς καυστικῆς μετέχειν δυνάμεως. κατὰ τοῦτ' οὖν αὐτῇ καὶ μιγνύντες στέαρ παλαιὸν εἴς (94) τε τὰ τῶν πλευρῶν ἀλγήματα χρόνια κἂν εἴπου τι τοιοῦτον ἕτερον εἴη χρῶνται. διαφορητικὸν γὰρ ἰσχυρῶς ἀποτελεῖται τὸ φάρμακον.

[μθ'. Περὶ κράμβης ἀγρίας.] Κράμβη ἀγρία θερμοτέρα καὶ ξηροτέρα τῆς ἡμέρου τὴν κρᾶσίν ἐστιν, ὥσπερ καὶ τὰ ἄλλα σύμπαντα σχεδόν τι τὰ ἄγρια τῶν ὁμογενῶν ἡμέρων ἰσχυρότερα κατ' ἀμφοτέρας ἐστὶ τὰς δυνάμεις. ὅθεν οὐδ' ἐντὸς τοῦ σώματος ἀλύπως λαμβάνεται πο῾ῤῥωτέρω τῆς ἀνθρωπίνης κράσεως ἀποκεχωρηκυῖα. δι' αὐτὸ δὲ τοῦτο καὶ πικροτέρα γευομένοις ἐστὶ τῆς ἡμέρου. ἔχει μὲν γάρ τι καὶ ἡ ἥμερος ὑπόπικρον καὶ δριμὺ, ἀλλ' ἰσχυρὸν ἑκάτερον ἡ ἀγρία, διὸ καὶ διαφορεῖ καὶ ἀποῤῥύπτει τῆς ἡμέρου σφοδρότερον.

[ν'. Περὶ κράμβης θαλαττίας.] Κράμβη θαλαττία πρὸς τὸ τὴν γαστέρα λαπάττειν, ὑφαλμυρός τε καὶ ὑπόπικρος οὖσα τὴν γεῦσιν, εἴη ἂν καὶ εἰς τὰς ἔξωθεν τοῦ σώματος

cineres efficiunt admodum deſiccantes, ut videlicet jam et cauſticam ſive adurentem vim participent. Hac ratione ei veterem adipem commiſcentes ad inveteratos laterum dolores et ſi quid ejus fuerit generis adhibent, nam valenter digerens pharmacum efficitur.

[49. *De Crambe agria, braſſica agreſti.*] Braſſica agreſtis quodammodo calidior ſicciorque domeſtica eſt, ceu alia propemodum omnia agreſtia ſui generis domeſticis ſecundum utramque hanc facultatem valentiora ſunt. Quamobrem neque intra corpus citra noxam ſumitur, ut quae longius ab humana receſſerit temperie. Eadem de cauſa et guſtantibus amarior eſt quam domeſtica, quanquam domeſtica quoque acrimoniae nonnihil et ſubamaroris contineat, ſed utramque habet agreſtis validam, quare etiam extergit et digerit quam domeſtica valentius.

[50. *De Crambe, braſſica marina.*] Braſſica marina ſupra quam quod ventrem dejiciat, utpote ſubſalſa et ſubamara guſtu, fuerit ſane etiam ad externos corporis uſus

χρείας, εἰς ὅσα περ αἱ τοιαῦται ποιότητες ἁρμόττουσιν ἐπιτήδειος.

[να'. Περὶ κραταιογόνου.] Κραταιογόνου τῆς πόας ὁ καρπὸς καὶ δριμὺς γευομένοις ἐστὶ καὶ σφοδρῶς χρωμένοις, κέγχρῳ παραπλήσιος ὑπάρχων.

[νβ'. Περὶ κρήθμου.] Κρῆθμον ἁλμυρόν πώς ἐστι γευομένοις, ἅμα βραχείᾳ πικρότητι, διὸ καὶ ἡ δύναμις αὐτοῦ ῥυπτική τε ἅμα καὶ ξηραντική. ἀσθενέστερον δ' ἐστὶ κατ' ἄμφω τῶν πικρῶν.

[197] [νγ'. Περὶ κριθῶν.] Κριθαὶ τῆς πρώτης εἰσὶ τάξεως ἐν τῷ ξηραίνειν τε καὶ ψύχειν, ἔχουσι δέ τι καὶ ῥυπτικὸν ὀλίγον. εἰσὶ δὲ τοῦ τῶν κυάμων ἀλεύρου τοῦ χωρὶς τοῦ λέμματος βραχεῖ τινι ξηραντικώτεραι. τὰ δ' ἄλλα πάντα παραπλήσια χρωμένοις ἔξωθεν. ἐσθιόμεναι δὲ ταύτῃ πλεονεκτοῦσι κυάμων, ὅτι τὸ φυσῶδες ἀποτίθενται. κυάμῳ δὲ ὅπως ἂν ἑψηθῇ παραμένει τὸ φυσῶδες. παχυμερεστέρας γάρ ἐστιν οὐσίας ἢ κατὰ κριθὴν, διὰ τοῦτο καὶ τροφιμώτερος αὐτῆς ἐστιν. ἐπεὶ δ' ὀλίγον ἄμφω τῆς μεσότητος ἀποκεχωρήκασι, διὰ τοῦτό εἰσι πολύχρηστοι. τὰ γὰρ τοιαῦτα

et ad omnia ea ad quae tales qualitates accommodantur idonea.

[51. *De Crataeogono.*] Crataeogoni herbae fructus et acris gustanti eft et utenti vehementer, fimilis milio.

[52. *De Crethmo.*] Crethmon guftantibus falfum quodammodo eft cum pauculo amarore, quamobrem vis ejus eft exiccatoria et abfterforia. Utraque tamen imbecillior ei eft quam in amaris.

[53. *De crithe, hordeo.*] Hordeum primi eft ordinis in exiccando et refrigerando, habet etiam pauxillum abfterfionis. Paulo etiam plus deficcat quam farina fabacea, cui non infint cortices, caetera vero fimilia funt foris utentibus, in cibo autem hoc fabis praeftat quod flatuofam naturam exuat. Fabis, quantumcunque coxeris, flatuofa natura remanet; funt enim craffioris effentiae quam hordeum, quamobrem eo plus etiam alunt. Porro quoniam utrumque paulum modo a medio receffit, multo funt ufui; nam talia

Ed. Chart. XIII. [197.] Ed. Baf. II. (94.)

φάρμακα πολλὰ ἑτέροις μίγνυται, καθάπερ τινὲς ὗλαι, καὶ διὰ τοῦτο καὶ ὁ κηρὸς καὶ τὸ ἔλαιον οὐκ ὀλίγοις ἐπιπλέκεται φαρμάκοις. τὰ δ' ἄλφιτα πολὺ καὶ τῶν κριθῶν αὐτῶν ἐστι ξηραντικώτερα.

[νδ'. Περὶ κρίμνου.] Κρίμνον. τὸ παχυμερὲς οὕτως ὀνομάζεται τοῦ τε πυρίνου καὶ τοῦ ἐκ τῶν ζειῶν ἀλεύρου. ἔστι δὲ τροφιμώτερον μὲν ἀλφίτου, δυσπεπτότερον δέ. καλεῖται δὲ τὸ ἐξ αὐτοῦ ῥόφημα πολτὸς, καὶ ἔστιν ὁ ἀπὸ τῆς ζειᾶς στατικὸς ἠρέμα τῆς κοιλίας καὶ μᾶλλον εἰ φρυχθείη.

[νε'. Περὶ κρίνου.] Κρίνου τὸ μὲν ἄνθος κράσει μικτόν ἐστιν ἐκ λεπτομεροῦς τέ τινος καὶ γεώδους οὐσίας, ἐξ ἧσπερ ἔχει καὶ τὴν ἐν τῇ γεύσει πικρότητα, καί τινος ὑδατώδους εὐκράτου. ὅθεν καὶ τοὔλαιον τὸ ἐξ αὐτοῦ καὶ τὸ μύρον ἀδήκτου διαφορητικῆς τε καὶ μαλακτικῆς ἐστι δυνάμεως, ἐξ ὧνπερ καὶ ταῖς ἐν μήτραις σκληρότησιν ἐπιτηδειότατόν ἐστιν, καὶ ἡ ῥίζα δὲ καὶ τὰ φύλλα καθ' ἑαυτὰ λειούμενα ξηραίνει καὶ ῥύπτει καὶ διαφορεῖ μετρίως. οὕτω γοῦν κἀπὶ τῶν κατακαυμάτων ἁρμόττει. δεῖται γὰρ καὶ ταῦτα

medicamenta multis aliis miſcentur ceu materia quaedam. Itaque etiam cera et oleum non paucis medicamentis conjunguntur. Polenta vero multo plus hordeo deſiccat.

[54. *De Crimno, craſſiore farina.*] Craſſior farina. Quod craſſarum partium eſt tum in tritici tum in zeae farina ita appellari conſuevit. Plus nutrit quam polenta, ſed aegrius concoquitur. Porro ſorbitio quam ex eo conficiunt, puls nuncupatur, eaque ſi ex zea conficiatur, leniter ventrem ſiſtit, ac magis, ſi frigatur.

[55. *De crino, Lilio.*] Lilii flos temperiem mixtam obtinet, partim ex eſſentia tenuium partium ac terrena, ex qua utique habet ut guſtu ſit amara, partim ex aquea eaque temperata. Itaque etiam quod ex eo conficitur oleum ac unguentum citra morſum digerendi ſimulque emolliendi facultatem obtinet, unde ſit ut uteri duritiebus ſit aptiſſimum. Porro radix foliaque per ſe trita deſiccant et abſtergunt et digerunt moderate, proinde quoque ambuſtis competunt, ſiquidem haec quoque moderate deſic-

Ed. Chart. XIII. [197.] Ed. Baf. II. (94.)

μετρίως ξηραντικῆς τε ἅμα καὶ ῥυπτικῆς δυνάμεως. τὴν μὲν οὖν ῥίζαν ὀπτήσαντες, εἶθ᾽ ἅμα ῥοδίνῳ λειώσαντες ἐπιτιθέασι τοῖς κατακαύμασιν ἄχρι συνουλώσεως. ἔστι γὰρ καὶ ἄλλως ἁπάντων ἑλκῶν εἰς ἐπούλωσιν ἀγαθὸν φάρμακον. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὑστέρας μαλάττει καὶ καταμήνια προκαλεῖται. τὰ δὲ φύλλα προσέψοντες ἐπιτιθέασιν καὶ αὐτὰ μέχρι κατουλώσεως οὐ τοῖς καύμασι μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ἕλκεσιν. καὶ ταριχεύουσι δέ τινες ἐν ὄξει καὶ χρῶνται τραυματικοῖς. πλεῖον δ᾽ ἐν τῇ ῥίζῃ τῆς ῥυπτικῆς ἐστι δυνάμεως ἤπερ ἐν τοῖς φύλλοις, οὐ μὴν οὐδ᾽ ἐν ταύτῃ πολὺ, καθὰ προείρηται· τῆς πρώτης γάρ εἰσι τάξεως τῶν ῥυπτικῶν φαρμάκων, ὅθεν ὅταν ἀλφοὺς ἢ ψώραν ἢ λέπραν ἢ ἀχῶρας ἤ τι τοιοῦτον ἀποῤῥύψαι βουληθῶμεν, ἐπιμίγνυμεν αὐτῇ τῶν ἄλλων τι τῶν ἰσχυροτέρων φαρμάκων, οἷόν πέρ ἐστιν καὶ τὸ μέλι. συμμέτρως δὲ αὐτῇ τοῦτο μιχθὲν καὶ πρὸς τὰς τῶν νεύρων ἁρμόττει διαιρέσεις καὶ πρὸς τὰ ἄλλα σύμπαντα ὅσα δεῖται ξηραίνεσθαι σφοδρῶς ἄνευ δήξεως. ἀπεθέμεθα δέ

cantem extergentemque facultatem poftulant. Radicem ergo toftam ac deinde cum rofaceo contritam ambuftis, quoad obducatur cicatrix, imponunt, quippe quum alioqui et aliorum ulcerum omnium bonum fit inducendae cicatrici remedium. Quin etiam uteros emollit menfesque provocat. Folia vero praecoquentes et ipfa ad obductam usque cicatricem imponunt, non in ambuftionibus duntaxat, fed aliis quoque ulceribus. Sed et funt qui aceto ea condientes ad vulnera fuo tempore utantur. Plus tamen ineft abftergentis facultatis in radice quam in foliis, quanquam tamen nec in ea ipfa multum infit, ficut praediximus, nam primi ordinis abftergentium eft medicamentum. Itaque quum aut vitiligines, aut pforam, aut lepram, aut achoras, aut aliquid id genus extergere volumus, commifcemus illi aliquid aliorum medicamentorum validius extergentium, cujusmodi eft et mel. Caeterum fi id moderate illi ac convenienter admifceatur et ad nervorum divifiones, competit et ad alia universa, quae valenter exiccari poftulant absque morfu.

ποτε καὶ τὸν τῶν φύλλων χυλὸν, ἑψήσαντες σὺν ὄξει καὶ μέλιτι. πενταπλάσιος δ' ἦν ὁ χυλὸς ἑκατέρου καὶ ἦν εὐδόκιμον τὸ φάρμακον εἰς πάντα τὰ ξηραίνεσθαι σφοδρῶς δεόμενα χωρὶς τοῦ δάκνεσθαι, καθάπερ ὅσα τε τραύματα μεγάλα καὶ μάλιστα κατὰ τὰς κεφαλὰς γίγνεται τῶν μυῶν, ὅσα τε πλαδαρὰ καὶ χρόνια καὶ δυσεπούλωτα τῶν ἑλκῶν ἐστι. ταυτὶ μὲν οὖν ἤδη τῆς περὶ συνθέσεως φαρμάκων πραγματείας ἐστὶ, [198] ἧς ἀπέχεσθαι μὲν ὡς οἷόν τε πειρῶμαι τό γε νῦν εἶναι, πολλάκις δ' αὐτῆς τῶν πραγμάτων ἡ φύσις ἀναγκάζει προσάπτεσθαι, καὶ ἀποχωρεῖν τε χρὴ ταχέως αὖθις αὐτῶν ἐπανέρχεσθαί τε πρὸς τὰ νῦν ἡμῖν προκείμενα.

[νϛʹ. *Περὶ κροκοδειλίου.*] *Κροκοδειλίου* τὸ σπέρμα δριμὺ μέν ἐστι καὶ ἀρωματίζον οὐρητικόν τε καὶ καταμηνίων κινητικὸν, ὥστε καὶ θερμῆς ἂν εἴη δυνάμεως καὶ διαφορητικῆς καὶ ξηραντικῆς. καὶ ὁ χυλὸς δὲ τοῦ τε καυλοῦ καὶ τοῦ σπέρματος ὁμοίας ὢν δυνάμεως μὲν ὠφελεῖ τοὺς νεφριτικούς. ἡ δὲ ῥίζα ταῖς τοῦ θώρακος ἀναπτύσεσιν ἰσχυ-

Reposuimus vero etiam quandoque et foliorum succum cum aceto et melle coctum; succus quinque partibus plus utroque erat. Eratque insigne medicamentum ad omnia ea quae valenter exiccari postulant absque morsu, ceu vulnera omnia ingentia et maxime quae in capitibus musculorum eveniunt, tum ad ea ulcera quae nimis mollia sunt et diuturna atque aegre ad cicatricem perducuntur. Sed haec jam ad medicamentorum componendorum institutum attinent, a quo quantum licet abstinere in praesentia adnitor, caeterum rerum ipsarum natura saepenumero ut attingam adigit, celeriter vero relinquenda sunt atque ad propositum revertendum.

[56. *De Crocodilio.*] Crocodilii semen acre est atque odoratum, urinam mensesque ciens. Itaque facultatem habuerit calidam, digerentem et exiccantem. Succus tum caulis, tum seminis, ut quae similis sint facultatis, nephriticos adjuvat. Radix pectoris excreationibus valenter

ρῶς συνεργεῖ, δριμεῖα μὲν ἧττον ὑπάρχουσα τοῦ σπέρματος, πικρὰ δ' οὐχ ἧττον οὖσα. ἄγει δὲ καὶ διὰ ῥινῶν αἷμα.

[νζ'. Περὶ κρόκου.] Κρόκος ἔχει μέν τι καὶ στῦφον ὀλίγον, ὅπερ ἐδείχθη γεῶδες ψυχρόν. ἐπικρατεῖ δ' ἐν αὐτῷ θερμαίνουσα ποιότης τε καὶ δύναμις, ὥστε τὴν ὅλην οὐσίαν αὐτοῦ τῆς δευτέρας μὲν εἶναι τῶν θερμαινόντων τάξεως, τῆς πρώτης δὲ τῶν ξηραινόντων, καὶ διὰ τοῦτο καὶ πεπτικὸν ἔχει τι, συντιμωρούσης εἰς τοῦτο καὶ τῆς βραχείας στύψεως. οἷς γὰρ ἂν μὴ σφοδρῶς θερμαίνουσι φαρμάκοις ὀλίγη προσῇ στύψις, ἴσον δύναται ταῖς ἐμπλαστικαῖς καλουμέναις οὐσίαις, ἃς, ὅταν θερμότητι συνυπάρχωσι, μὴ σφόδρα πεπτικὰς ἐδείκνυμεν ὑπάρχειν.

(95) [νη'. Περὶ κρομμύου.] Κρόμμυον ἐκ τῆς τετάρτης ἐστὶ τάξεως τῶν θερμαινόντων. ἡ δ' οὐσία παχυμερὴς ἐστιν αὐτοῦ μᾶλλον, ὅθεν καὶ τὰς αἱμοῤῥοΐδας ἀναστομοῖ προστιθέμενον καὶ σὺν ὄξει καταχριόμενον ἐν ἡλίῳ τοὺς ἀλφοὺς ἀποῤῥύπτει καὶ παρατριβόμενον ἀλωπεκίαις θᾶττον ἀλκυονίου παρορμᾷ τὰς τρίχας. εἰ δ' ἀποχωρίσειεν αὐτοῦ τις

conducit, minus quidem quam femen acris, non tamen minus amara. Trahit vero etiam per nares fanguinem.

[57. *De Croco.*] Crocus paulum etiam aftringens quid obtinet, quod terreum frigidum oftendimus, fed fuperat in eo calefaciens et qualitas et facultas, ut tota ejus effentia fecundi fit ordinis calefacientium et primi exiccantium. Proinde concoquendi quoque vim quandam obtinet, adjuvante fcilicet in hoc et paucula illa aftrictione. Quippe quibus medicamentis, quum non admodum calefaciant, paucula adeft aftrictio, ea parem facultatem habent effentiis emplafticis vocatis, quas quum junctas effe caliditati non vehementi contigerit, concoquentes effe oftendimus.

[58. *De Caepa.*] Caepa ex quarto eft ordine calefacientium, effentia ejus potius craffarum eft partium, unde etiam haemorrhoidas aperit tum appofita tum cum aceto iuuncta. In fole alphos abftergit tum alopeciis attrita pilos alcyonio citius reftituit. Porro fi fuccum ejus exprimas,

τὸν χυλὸν, ὅσον μὲν ὑπόλοιπον ἱκανῶς ἐστι γεώδους οὐσίας θερμῆς, αὐτὸς δ' ὁ χυλὸς ὑδατώδους τε καὶ ἀερώδους θερμότητος. οὕτω οὖν καὶ τοὺς ὑποχεομένους καὶ ἀμβλυώττοντας ἐπὶ πάχει χυμῶν ὀνίνησιν ὑπαλειφόμενος. ἐκ δὲ τῆς τούτου κράσεως ὅλον τὸ κρόμμυον φυσῶδές ἐστιν ἐσθιόμενον, καὶ διὰ τοῦτο ὅσα ξηρότερα τὴν κρᾶσιν ἀφυσότερα.

[νθ'. Περὶ κυάμου.] Κύαμος καθ' ἑκάτερα τῆς μέσης κράσεώς ἐστιν, ἐγγυτάτω κατὰ τὸ ξηραίνειν καὶ κατὰ τὸ ψύχειν. μετέχει δέ τινος ἐπ' ὀλίγον καὶ ῥυπτικῆς δυνάμεως ἡ σὰρξ αὐτοῦ, καθάπερ τὸ λέμμα τῆς στυπτικῆς, καὶ διὰ τοῦτο τῶν ἰατρῶν ἔνιοι τὸν κύαμον ὅλον ἑψήσαντες σὺν ὀξυκράτῳ τοῖς δυσεντερικοῖς καὶ τοῖς κοιλιακοῖς καὶ τοῖς ἐμετικοῖς ἔδοσαν. ἔστι δὲ ὡς ἔδεσμα μὲν εἴπερ τι καὶ ἄλλο φυσῶδές τε καὶ δύσπεπτον, ἀναπτύσεσι μέντοι ταῖς ἐκ θώρακός τε καὶ πνεύμονος ἐπιτήδειον. ὡς φάρμακον δ' ἔξωθεν ἐπιτιθέμενον ἀλύπως ξηραίνει. ἐπὶ μέντοι ποδαγρικοῖς ἐχρησάμεθα πολλάκις αὐτῷ δι' ὕδατος ἑψήσαντες, εἶτα μίξαντες ὕειον στέαρ. ἐπὶ δὲ τῶν κατὰ νεῦρα θλασμάτων τε καὶ

quod reliquum eft admodum terreae fubftantiae eft, ejusque calidae, at fuccus aqueae aëreaeque caliditatis. Hic igitur iis, qui fuffufi funt et aciem oculorum obtufam prae craffitudine humorum obtinent, inunctus prodeft. Ex hujus temperamento tota caepa flatuofa eft manducata. Itaque quae temperamento funt ficciore, minus flatuum generant.

[59. *De cyamo, faba.*] Faba in utroque medii temperamenti proxime eft in exiccando et refrigerando. Caro ejus paulum quoque abftergentis facultatis continet, ficut putamen nonnihil aftringentis. Idcirco medicorum nonnulli totam fabam cum oxycrato decoctam dyfentericis, coeliacis, vomentibus, exhibuerunt. Porro ut edulium flatulenta eft ac coctu difficilis, fi quid aliud, excreationibus ex thorace et pulmone idonea, ut medicamentum vero foris impofita deficcat innoxie. In podagricis ea faepenumero ufi fumus ex aqua decocta et ita adipi fuillo admixta. Ad nervorum tum contufiones tum ulcerationes farinam ejus ex oxymelite

ἑλκῶν δι' ὀξυμέλιτος τὸ ἄλευρον ἐπεθήκαμεν· ἐπὶ δὲ τῶν ἤδη φλεγμαινόντων ἐκ πληγῆς σὺν ἀλφίτοις. καὶ διδύμων δ' ἐστὶ καὶ μαστῶν ἀγαθὸν κατάπλασμα, [199] φιλεῖ γὰρ ταῦτα τὰ μόρια μετρίως ψύχεσθαι φλεγμαίνοντα, καὶ μάλιστα, ὅταν ἐκ γάλακτος ἐν αὐτοῖς τυρωθέντος οἱ μαστοὶ φλεγμαίνωσι. τοιγαροῦν καὶ τὸ γάλα σβέννυται πρὸς τοῦ τοιούτου καταπλάσματος, ὥσπερ καὶ τὸ τῶν παίδων ἐφήβαιον ἐπιπλασσόμενον ἀλεύρῳ κυαμίνῳ μέχρι πλέονος ἄνηβον διαμένει.

[ξ'. Περὶ κυκλαμίνου.] Κυκλάμινος ποικίλος τὴν δύναμίν ἐστι· καὶ γὰρ καὶ ῥύπτει καὶ τέμνει καὶ ἀναστομοῖ καὶ ἐπισπᾶται καὶ διαφορεῖ. δῆλον δ' ἐκ τῶν κατὰ μέρος ἔργων. ὁ μὲν γὰρ χυλὸς αὐτῆς αἱμοῤῥοΐδας ἀναστομοῖ καὶ προκαλεῖται βιαίως εἰς ἀπόπατον, ἐν κροκύδι προστιθέμενος. οὕτω δὲ καὶ ταῖς τὰ φύματα καὶ τὰς χοιράδας ἁπάσας τε τὰς ἄλλας σκληρότητας διαφορούσαις δυνάμεσι μίγνυται καὶ τοῖς ὑποχεομένοις ἁρμόττει, μετὰ μέλιτος ὑπαλειφόμενος, καὶ πρὸς τούτοις ἔτι διὰ ῥινῶν καθαίρει. σφοδρὰ δ' οὕτως ἐστὶν ἡ δύναμις αὐτοῦ, ὥστε καὶ τοῦ ἐπιγαστρίου καταχριο-

impofuimus. Ad eos, quos ex ictu jam phlegmone occupaverat, cum polenta. Sed et teftium et uberum aptum eft cataplasma, nam hae partes cum phlegmone tenentur, moderate refrigerari amant, maxime quum ubera ex lacte in ipfis concreto phlegmonem patiantur. Quin lac quoque ab eo cataplasmate extinguitur, ficut puerorum pubes farina fabacea illita plurimo tempore glabra, feu impubis permanet.

[60. *De Cyclamino, pane porcino.*] Cyclaminus varias facultates poffidet. Nam et abftergit et incidit et ora venarum aperit et attrahit et digerit. Clarum id eft ex particularibus operibus, nam fuccus ejus haemorroidas referat, violenterque ad feceffum provocat in floccis appofitus. Sic etiam facultatibus, phymata, ftrumas, aliasque omnes durities digerentibus commifcetur, ac fuffufis cum melle illitus competit, ad haec quoque per nares expurgat. Adeo vehemens ejus facultas eft, ut abdomine illito ventrem

Ed. Chart. XIII. [199.] Ed. Baf. II. (95.)

μένου κοιλίαν ὑπάγει καὶ ἔμβρυα διαφθείρει, καὶ γὰρ καὶ ἄλλως φθόριον ἰσχυρὸν ἐν πεσσῷ προστιθέμενος. ἡ δ᾽ ὅλη ῥίζα τοῦ χυλοῦ μὲν ἐστιν ἀσθενεστέρα, σφοδρὰ δ᾽ ἐστὶ καὶ αὐτή. καὶ γὰρ ἔμμηνα κινεῖ πινομένη τε καὶ προστιθεμένη καὶ ἰκτεριῶντας ὀνίνησιν, οὐ μόνον ἐκκαθαίρουσα τὸ σπλάγχνον, ἀλλὰ τὴν ἐν ὅλῳ τῷ σώματι χολὴν ἐκκρίνουσα δι᾽ ἱδρώτων. ὅθεν ἐπὶ τῇ πόσει συνεργεῖν δεῖ παντὶ τρόπῳ τῇ τῶν ἱδρώτων γενέσει. χρὴ δ᾽ εἶναι τὸ πινόμενον πλῆθος αὐτῆς ἄχρι τριῶν δραχμῶν, ἤτοι μετὰ γλυκέος ἢ μελικράτου. ῥύπτει δὲ καὶ τὸ δέρμα, κατά τε τὰ ἄλλα κἂν τῷ τὰς ἀλωπεκίας καὶ τὰς ἐφηλίδας, ἅπαντά τε τὰ ἐξανθήματα θεραπεύειν. ὀνίνησι δὲ καὶ τοὺς σκληροὺς σπλῆνας ἐπιπλαττομένη πρόσφατός τε καὶ ξηρά. διδόασι δ᾽ ἔνιοι τὴν ξηρὰν ῥίζαν καὶ τοῖς ἀσθματικοῖς. ἡ δ᾽ ἑτέρα κυκλάμινος, ἣν ἔνιοι κισσάνθεμον ὀνομάζουσι, διὰ τὸ κισσῷ κατὰ τὸ ἄνθος ἐοικέναι, τὴν ῥίζαν ἄχρηστον ἔχουσα τὸν καρπὸν ἔχει δραστικὸν ἱκανῶς, ὥστε καὶ μετ᾽ οἴνου λευκοῦ κυάθων δυοῖν πινόμενος ἐπὶ πλείους ἡμέρας ἰᾶται σπλῆνας, κινῶν οὖρα

ſubducat et foetus interimat, nam et alioqui validum interimendo conceptui medicamentum eſt, in peſſo appoſitus. Tota autem radix ſucco imbecillior eſt, quanquam et ipſa vehemens ſit. Nam et menſes ſive epota, ſive appoſita evocat, et aurigini prodeſt, non modo ipſum viſcus expurgans, ſed etiam quae in toto corpore bilis fuerit, eam per ſudorem ejiciens. Proinde ſane poſt potionem ſudoris adjuvanda omnino provocatio eſt. Modus ejus bibendi eſt drachmarum trium, ſive cum melicrato, ſive cum paſſo. Cutem detergit quum in aliis, tum quod alopecias, ephelidas omniaque exanthemata curet. Lienem quoque induratum juvat emplaſtri modo illita, tum recens tum arida. Sunt qui radicem ſiccam aſthmaticis, ſeu anhelantibus exhibent. Porro altera cyclaminus, quam quidam ciſſanthemon nominant, propterea quod hederae flore ſit aſſimilis, radicem quidem inutilem habet, ſed fructum admodum efficacem. Nam hic cum vino albo pluribus diebus duobus cyathis potus lienes ſanat, urinas movens ac ventrem ſubducens,

καὶ τὴν κοιλίαν ὑπάγων, ἐκβάλλει δὲ καὶ τὰ χόρια καὶ τοῖς ἀσθματικοῖς ἀρήγει. ἡ ποιότης δ' αὐτοῦ γευομένῳ δριμεῖά τε καὶ ὑπόγλισχρός ἐστι.

[ξα'. Περὶ κυμίνου.] Κυμίνου τῷ σπέρματι μάλιστα χρώμεθα, καθάπερ ἀνίσου τε καὶ λιβυστικοῦ καὶ κάρου καὶ πετροσελίνου. ἔστι δὲ καὶ θερμαντικῆς δυνάμεως, ὥσπερ κἀκείνων ἕκαστον, οὐρητικῆς τε καὶ ἀφύσου κατὰ τὴν τρίτην τάξιν ὑπάρχων τῶν θερμαινόντων.

[ξβ'. Περὶ κυνοσβάτου.] Κυνόσβατος. τούτου τοῦ θάμνου ὁ μὲν καρπὸς οὐκ ἀγεννῶς στυπτικός ἐστι, τὰ δὲ φύλλα μετρίως, ὥστε καὶ ἡ κατὰ μέρος αὐτῶν χρῆσις πρόδηλος. φυλάττεσθαι δὲ τὸ ἐν τῷ καρπῷ ἐριῶδες, ὡς ἀρτηρίας κακωτικόν.

[ξγ'. Περὶ κυπαρίσσου.] Κυπαρίσσου τὰ φύλλα καὶ οἱ βλαστοὶ καὶ τὰ σφαιρία τὰ νέα καὶ μαλακὰ μεγάλων τραυμάτων ἐν σκληροῖς σώμασίν ἐστι κολλητικά. ἐξ οὗ δῆλον ὡς ξηραντικῆς ἐστι δυνάμεως, οὐδὲν ἐπιφανὲς ἐχούσης δριμὺ καὶ θερμὸν, ὥσπερ οὖν καὶ ἡ γεῦσις μαρτυρεῖ· φαίνεται γὰρ ἐν αὐτῇ βραχὺ μέν τι τὸ δριμὺ, πλεῖστον δὲ τὸ πικρὸν καὶ

fecunoas quoque ejicit et afthmaticis prodeft. Qualitas ejus guftanti acris eft et fublenta.

[61. *De Cumino.*] Cumini femine maxime utimur, quemadmodum anifi, liguftici, cari, petrofelini. Eft vero et facultatis calefacientis, ficut illorum unumquodque, tum urinam moventis et flatum extinguentis, ex tertio ordine calefacientium.

μὴ περὶ πρόσωπον ἢ ἐγγὺς τούτου συστάντος ἐρυσιπέλατος, ἀλλ᾿ ἤτοι κατά τι τῶν κώλων ἢ κατὰ τὸν νῶτον ἢ τὴν γαστέρα. πιεῖν δ᾿ οὔρου παιδὸς ἕνεκα τῆς καλουμένης ὀρθοπνοίας οὐκ ἀναγκαῖον, ὄντων γε καὶ ἄλλων φαρμάκων ἃ βοηθεῖ τῷ πάθει τούτῳ. καὶ μέντοι καὶ πιών τις οὐκ ἀπηλλάγη τοῦ πάθους, ὥστ᾿ οὐδ᾿ ἐξαίρετον ἔχει τι παρὰ τἄλλα.

[ιστ᾿. Περὶ σιέλου.] Σίελον, εἴτε σίαλον, εἴτε πτύελον ὀνομάζειν θέλει τις, οὔ μοι διαφέρει. γινώσκειν δὲ αὐτοῦ χρὴ τὴν δύναμιν εἶναι διάφορον ἔν τε τοῖς ζώων εἴδεσι καὶ καθ᾿ ἕκαστον αὐτῶν ὑγιαῖνον ἢ νοσοῦν ἐδηδοκότος ἢ πεπωκότος ἢ ἀπότου τε καὶ νενηστευκότος. ὡς γὰρ τὰ οὖρα καὶ αἱ χολαὶ καὶ ὁ ἱδρὼς, οὕτως καὶ τὸ πτύελον ἀσθενὲς μὲν ἐδηδοκότων ἐστὶν, ἰσχυρὸν δὲ καὶ δριμὺ τὸ τῶν ὑπερδιψάντων καὶ ὑπερπεινησάντων. ἐν τῷ μέσῳ δ᾿ ἀμφοῖν ἐστιν τὸ τῶν εὐπεπτηκότων μὲν, οὐδέπω δ᾿ ἐδηδοκότων ἢ πεπωκότων. τούτῳ τοιγαροῦν τῷ σιέλῳ καὶ αἱ τροφαὶ τῶν παίδων τοὺς λειχῆνας ἰῶνται, βρέχουσαι τὸν μικρὸν δάκτυλον, εἶτα ἀνατρίβουσαι τὸ πεπονθὸς δέρμα. καὶ τοῦτο ποιοῦσι πολλάκις, ὡς διασώζεσθαι

Atque hoc quidem uti licebit, ubi non in facie aut prope eryſipelas conſtiterit, verum in artuum quopiam aut dorſo aut ventre. At urinam pueri orthopnoeae gratia ebibere neceſſarium non eſt, quum ſint et alia medicamenta quae huic medeantur affectui. Quin quum bibiſſet quidam, affectu liberatus non eſt, ut non eximium quid praeter alia poſſideat.

[16. *De ſielo, ſaliva.*] Sielon ſive ſialon, ſive ptyelon appellare libet, nihil intereſt. Verum id ſciendum eſt, vim ejus eſſe differentem tum in animalium ſpeciebus tum in eorum unoquoque ſano et aegroto, jejuno et ſitibundo, aut cibo potuque ſumpto.[1] Etenim ut urina et bilis, ſic etiam ſaliva ſumpto quidem cibo imbecilla eſt, valida et acris eorum qui ingenti aut inedia aut ſiti premuntur, in medio utriusque eſt eorum, qui probe concoxere quidem, nondum tamen cibum potumve hauſere. Hac ergo ſaliva nutrices puerorum lichenas curant, parvum videlicet digitum rigantes, ac deinde cutem affectam confricantes, idque

Ed. Chart. XIII. [287. 288] Baſ. II. (137.)
κατὰ τὸν μεταξὺ τῶν χρήσεων χρόνον ἐν τῷ λειχῆνι τὴν ἀπὸ τοῦ σιέλου δύναμιν. ἀλλὰ καὶ πυροὺς μασώμενοι πολλοὶ τῶν ἀγροίκων δοθιῆσιν ἐπιτιθέασιν. διαφορεῖ τε γὰρ αὐτοὺς καὶ πέττει ταχέως. καίτοι γε εἰ δι᾽ ὕδατος δευθεῖεν, οὐχ ὁμοίως ὠφελοῦσιν. εὔδηλον οὖν ὅτι τὸ σίαλον αὐτὸ τὴν ἰσχὺν τῆς ὠφελείας παρέχει. κατὰ δὲ τῶν μαλακῶν καὶ παιδικῶν σωμάτων ἄρτον, οὐ πυροὺς ἐπιτιθέασι μασωμένους. [288] διαφορεῖ δὲ πάντα τὰ οὕτω μασηθέντα καὶ ὑπώπια καὶ τὰ ἄλλα ἐκχυμώματα, καὶ μᾶλλον ὅταν ὁ ἄρτος ἅμα βραχείᾳ ῥαφανῖδι μασηθείη. καθ᾽ ὅλην δὲ τὴν οὐσίαν τὸ πτύελον ἐναντιώτατόν ἐστι τοῖς ἀναιροῦσιν ἀνθρώπους θηρίοις, ὥς που καὶ Νίκανδρος ὁ ποιητὴς λέγει. καί μοί τις ἐπαγγειλάμενος ἐπῳδὴν ἀναιροῦσαν σκορπίους ἐπιδείξειν, ἅπαξ εἰπὼν αὐτὴν ἐπέπτυσε τῷ σκορπίῳ, κἄπειθ᾽ ἑξῆς δεύτερον εἰπὼν αὖθις ἐπέπτυσεν, εἶτα καὶ τὸ τρίτον εἰπόντος τε καὶ καταπτύσαντος ἀπέθανεν ὁ σκορπίος. ὕστερον δ᾽ ἐγὼ χωρὶς τῆς ἐπῳδῆς ἐθεασάμην ἐπὶ τῷ σιάλῳ μόνῳ τὸν σκορπίον ἀποθανόντα καὶ τοῦτ᾽ αὐτὸ πάσχοντα ταχέως μὲν ἐπὶ τοῦ

faciunt ſubinde tanto ſcilicet intervallo, dum ſalivae vires in lichene perdurent ac nondum ſint extinctae. Sed et triticum mandentes ruſtici non pauci ſurunculis imponunt, nam celeriter eos et digerit et concoquit, quum ſi macerarent aqua, non aeque prodeſſet. Ex quo liquet ſalivam juvandi robur afferre. Atque corporibus mollibus aut puerorum panem, non triticum imponunt ore commanſum. Porro omnia ſic commanſa digerunt et ſugillata, caeteraque ecchymomata, maxime ubi panis ſimul cum pauco radiculae ſuerit commanſus. Porro tota ſubſtantia vel maxime adverſa eſt ſaliva beſtiis hominem interſicientibus, ceu alicubi etiam Nicander poëta refert. Pollicitus autem mihi quidam incantationam ſeſe oſtenſurum, quae ſcorpios interſiceret, ubi illam ſemel dixiſſet, in ſcorpium expuit, inde rurſum eam obmurmurans iterum ſcorpium conſpuit, ac ubi tertio dixiſſet atque expuiſſet, mortuus eſt ſcorpius. At poſtea ego absque incantatione a ſola ſaliva occiſum vidi ſcorpium, idque celeriter a ſaliva eſurientium aut ſitientium, tarde

τῶν πεινώντων τε καὶ διψώντων πτύελου, βραδέως δὲ ἐπὶ τῶν ἐμπεπλησμένων ἐδεσμάτων τε καὶ πομάτων, ἐπὶ δὲ τῶν ἄλλων ἀνάλογον.

[ιζ΄. Περὶ τῶν ἐν τῷ σώματι γεννωμένων.] Γεννᾶται μὲν ἐν τῷ σώματι καὶ ἄλλα παρὰ φύσιν, ὧν οὐ καλὸν μεμνῆσθαι, γεννᾶται δὲ καὶ ὁ ἐν κύστει λίθος, ὑπὲρ οὗ τινες ἔγραψαν, ὡς εἰπεῖν ὅτι θρύπτει λίθους τοὺς ἐν κύστει. τοῦτο μὲν οὖν ψεῦδός ἐστι κεκριμένον τῇ πείρᾳ. εἰ δὲ καὶ τοὺς ἐν νεφροῖς λίθους θρύπτει τὴν ἀρχὴν, οὐδ᾽ ἐπειράθην μὲν, ἔχων ἕτερα δόκιμα φάρμακα πρὸς τὸ σύμπτωμα τοῦτο. περὶ δὲ τοῦ πύου καὶ ὅσα τοιαῦτα παρίημι λέγειν τοῖς τὰ τοιαῦτα δεινοῖς ἅμα γοητείαις τισίν. ἡ μέντοι κόπρος ἕν τι τῶν ἐν τῷ σώματι γεννωμένων ἐστὶ, κατὰ φύσιν ἐχόντων τῶν ζώων, ὥσπερ καὶ ὁ ἐν τοῖς ὠσὶ ῥύπος· ὑπὲρ ἑκατέρου τοίνυν ἐφεξῆς δίειμι.

[ιη΄. Περὶ κόπρου.] Κόπρος εἴτε κόπρον εἴτ᾽ ἀποπάτημα καλεῖν ἐθέλοις οὐ διοίσει. γίγνωσκε δὲ τὴν οὐσίαν ταύτην διαφορητικωτάτην ἔχειν δύναμιν. ἔστι δ᾽ ἡ τῶν ἀνθρώ-

autem ab illis qui cibo potuque fuerant impleti, in aliis autem proportione.

[17. *De iis quae in corpore proveniunt.*] Nafcuntur in corpore cum alia praeter naturam, quorum non eft fatis honeftum meminiffe, tum etiam lapis in vefica, de quo fcripfere quidam quod lapides veficae comminuat. Atque hoc quidem falfum eft experientia judicatum, caeterum an renum lapides frangat, omnino experti non fumus, quum fuppeterent alia ad hoc fymptoma probata medicamenta. De pure autem et id genus dicere fuperfedeo, id illis concedens, qui his in rebus mirifici funt, fcilicet quibusdam cum praeftigiis. Caeterum ftercus unum eft inter ea, quae in corpore proveniunt, fecundum naturam affecto animali, veluti et avium fordes. De utroque itaque deinceps differam.

[18. *De copro, ftercore.*] Copros five copron five apopatema appellari velis perinde eft. Scito autem hanc fubftantiam vim habere vel maxime digerentem. Verum

πων διὰ τὴν δυσωδίαν βδελυρά. βοῶν δὲ καὶ αἰγῶν καὶ χερσαίων κροκοδείλων καὶ κυνῶν, ὅταν ὀστᾶ φάγωσιν, οὔτε δυσώδης ἐστὶ καὶ πεῖραν ἱκανὴν οὐχ ἡμῖν μόνοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις τῶν ἔμπροσθεν ἰατρῶν ἔδωκεν. Ἀσκληπιάδης μέν γε ὁ ἐπικληθεὶς φαρμακείων καὶ τἄλλα μὲν ἅπαντα σύνθετα φάρμακα συνήθροισεν, ὡς πολλὰς βίβλους πληρῶσαι. καὶ κόπρῳ δὲ χρῆται πολλάκις ἐπὶ πολλῶν παθῶν ἀναμιγνὺς, οὐ μόνον τοῖς ἔξωθεν ἐπιτιθεμένοις φαρμάκοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς εἴσω τοῦ στόματος λαμβανομένοις.

[ιθ'. Περὶ κυνείας κόπρου.] Ἐγὼ γοῦν οἶδα καὶ αὐτὸς θαυμαστῆς δυνάμεως πειραθεὶς ἀνθρωπείας τε καὶ κυνὸς κόπρου. λέξω δέ σοι περὶ προτέρας τῆς κυνείας, ᾗ συνεχῶς ἐχρῆτό τις τῶν ἡμετέρων διδασκάλων, ὀστᾶ διδοὺς ἐσθίειν κυνὶ μόνα δυεῖν ἐφεξῆς ἡμερῶν, ἐξ ὧν σκληρὰ καὶ λευκὴ καὶ ἥκιστα δυσώδης ἡ κόπρος γίγνεται. ταύτην οὖν λαμβάνων ἐξήραινεν, ὡς ὕστερον ὁπότε βούληται χρῆσθαι λειοῦσθαι ῥᾳδίως. ἐχρῆτο δ' αὐτῇ πρός τε συνάγχας καὶ δυσεν-

ftercus humanum ob foetorem abominandum eft, at bubulum, caprinum, crocodilorum terreftrium et canum, ubi offibus duntaxat vefcuntur, neque graviter olet et multa experientia non tantum nobis, fed et aliis medicis me natu majoribus comprobatum eft. Siquidem Afclepiades, cui cognomentum erat pharmaceon, et alia omnia medicamenta collegit, ut multos impleret libros, et ftercore ad multos faepe affectus utitur non modo medicamentis, quae foris imponuntur commifcens, fed iis quoque quae intro in os fumuntur.

[19. *De ftercore canino.*] Sane ego memini me admirandam tum humani tum canini ftercoris expertum facultatem. Sed prius differam de canino, quo uti affidue confuevit praeceptorum noftrorum quidam, fola offa cani edenda exhibens duobus continuo diebus, ex quibus durum, candidum ac minime foetens ftercus proveniebat. Hoc igitur acceptum deficcabat, ut quum poftea ufus effet facile ad laevorem poffet redigi. Utebatur eo ad anginam et dyf-

τερίας καὶ τὰ παλαιότατα τῶν ἑλκῶν. πρὸς μὲν οὖν συνάγχας, ἀναμιγνὺς τοῖς καὶ ἄλλως ἁρμόττουσιν πρὸς τὸ πάθος τοῦτο φαρμάκοις· ἐπὶ δὲ δυσεντερικῶν τῷ ἀφεψημένῳ γάλακτι, τῶν καλουμένων καχλήκων διαπύρων (138) ἐμβεβλημένων, ἢ ὡς ὕστερον ἐγὼ διὰ τὸ εὐπόριστον ἐπὶ τὸν σίδηρον ἧκον, ἐμβάλλων τοῦτον διάπυρον τῷ γάλακτι καλῶς προαφε[289]ψημένῳ. καλοῦσι δ' ἔνιοι τῶν ἰατρῶν οὐκ οἶδ' ὅπως τὸ τοιοῦτον γάλα σχιστόν. ἐχρῆν γὰρ οὐ τοῦτο καλεῖν οὕτως, ἀλλ' ἐφ' ὧν χωρίζομέν τε καὶ σχίζομεν ἀπὸ τοῦ τυρώδους τὸν ὀῤῥόν. ἀλλὰ τῆς κυνείας κόπρου ξηρᾶς λειώσας ὁ ἰατρὸς ἐνέβαλλε τῷ τοὺς κάχληκας ἐναπεσβεσμένους ἔχοντι γάλακτι λανθανόντως καὶ μόνους τοὺς γνησιωτάτους μαθητὰς ἐδίδαξε τοῦτο. τούτων μὲν οὖν τῶν δύο χρήσεων τῆς κυνείας κόπρου πάνυ πολλὴν ἔχω πεῖραν ὡς θαυμαστοῦ φαρμάκου, καθάπερ καὶ τῆς ἐπὶ τῶν κακοηθεστάτων ἑλκῶν. ἐμίγνυε γὰρ οὖν κἀπ' ἐκείνων τοῖς δοκίμοις φαρμάκοις τῆς κυνείας κόπρου βραχὺ, καὶ σαφῶς ἰσχυρότερον ἑαυτοῦ τὸ φάρμακον ἐγίγνετο, καὶ εἴ που διαφορῆσαί τι καὶ ξηράναι, κἀκείνοις τοῖς φαρμάκοις ἐμίγνυεν.

enteriam et fumme inveterata ulcera, ad anginam quidem iis admifcens, quae alioqui huic affectui congruebant, ad dyfenteriam lacti illi immifcens, cui decocto calculos vocatos filices ignitos injici ante pofuimus, aut ut ego poftea ob parandi facilitatem ad ferrum confugi, id candens lacti probe decocto injiciens. Vocant autem medici nonnulli lac ejusmodi nefcio quo pacto fchiftum, verum oportebat non hoc fic appellare, fed in quo fegregamus ac fcindimus ferum à cafeo. Caeterum medicus ille ftercus caninum aridum tritum lacti, in quo extincti erant calculi marini, clam injiciebat, et id folum generofiffimos quosque difcipulos docebat. In his ergo duobus multum expertus fum ftercus caninum ceu medicamentum mirabile, ficut et in ulceribus extreme malignis. Mifcui ergo et ad illa paulum quiddam ftercoris canini medicamentis probatis, et manifefto fe ipfo valentius redditum eft medicamentum, et fi quando digerere aut deficcare quid opus effet, illis etiam medicamentis admifcui.

[κ'. Περὶ ἀνθρωπείας κόπρου.] Τῆς ἀνθρωπείας κόπρου τοιάνδε τινὰ πεῖραν ἔχω. συνεχῶς τις ὑπὸ τῶν κατὰ τὴν φάρυγγα φλεγμονῶν ἠνώχλειτο σφοδρῶς, ὡς κινδυνεύειν ἀποπνιγῆναι, καὶ δὴ φλεβοτομεῖσθαι διὰ τὸν κίνδυνον τοῦτον ἠναγκάζετο. τούτῳ τις ἐντυχὼν ἐπηγγείλατο πεῖραν δώσειν φαρμάκου καὶ καλεῖν ἑαυτὸν ἠξίου πρὸ τῆς φλεβοτομίας, ὅταν αὖθίς ποτε φλεγμήνῃ τι τῶν κατὰ τὴν φάρυγγα μορίων αὐτοῦ. καὶ τοίνυν κληθεὶς, εἶτα διαχρίσας φαρμάκῳ ταχέως ἐθεράπευσε τὸν ἄνθρωπον. ὡς δὲ καὶ αὖθις ἤδη ἐνήργησεν, οὐκ ἐπὶ αὐτοῦ μόνου, ἀλλὰ καὶ ἐπ' ἄλλων τῶν ὁμοίως πασχόντων ἠξίου δοὺς μισθὸν ὁ συνεχῶς κινδυνεύων πνιγῆναι μαθεῖν τὸ φάρμακον. ἦν δ' ἅμα τε πλούσιος καὶ περὶ χρημάτων δαπάνην ἐλευθέριος. ὡς δὲ περὶ τοῦ μισθοῦ συνέβησαν, ὁ πιπράσκων τὴν γραφὴν ἀντιπαθείᾳ τινὶ τὴν ὠφέλειαν ἔφη τὸ φάρμακον ἔχειν. εἶναι δὲ τὴν ἀντιπάθειαν τὸ μὴ γνῶναι τὸν θεραπευόμενον ἐξ ὧν σύγκειται. ἐκέλευσεν οὖν ἄλλον ἀνθ' ἑαυτοῦ μαθησόμενον, ὅστις ἂν αὐτῷ πιστότατος εἶναι δοκῇ, καὶ τοῦτο αὐτὸν ὀμόσαι βουλόμενον

[20. *De ſtercore humano.*] Caeterum humani ſtercoris hoc habeo experimentum. Aſſidue quidam a phlegmonis ad guttur exiſtentibus vexabatur adeo vehementer, ut ſuffocationis ſubiret periculum, et ſane ob hoc periculum ſanguinem mittere cogebatur. In hunc quum forte quis incidiſſet, pollicitus eſt ſe praebiturum medicamenti experimentum, et ſe vocari, ſi quando rurſus aliqua in parte gutturis emicuiſſet phlegmone, ante ſanguinis miſſionem praecepit. Itaque vocatus medicamento illito ſtatim hominem curavit. Ut autem iterum profecit, non in ipſo tantum, ſed et in aliis qui ſimiliter erant affecti rogabat is, qui aſſiduo ſuffocari periclitabatur, data mercede ut ſeſe medicamentum illud doceret, erat enim ille et locuples et in pecuniae ſumptu liberalis; porro ubi conventum eſſet de pretio, is qui vendebat hoc medicamentum, inquit, per antipathiam quandam utilitatem obtinet, eſſe autem eam antipathiam ut qui curatur neſciat unde conficiatur. Juſſit itaque alium daret qui pro ipſo diſceret, qui ſibi fideliſſimus eſſe videretur qui-

μηδενὶ δοῦναι τὴν γραφὴν τοῦ φαρμάκου, μέχρις ἂν αὐτὸς ὁ ἀποδιδόμενος ζῇ. κατὰ τοῦτον μὲν δὴ μετὰ τὸν τοῦ δείξαντος θάνατον ὁ μαθὼν οὐ μόνον τὸν ἴδιον ἄνθρωπον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους ἰᾶται, κἀμοῦ μηδ' αἰτήσαντος τοῦ φαρμάκου τὴν γραφὴν οὗτος ἔδωκεν ἑκών· ἦν δὲ κόπρος παιδίου ξηρὰ μετὰ μέλιτος Ἀττικοῦ λελειωμένη. διῃτᾶτο δὲ τὸ παιδίον, οὗ τὴν κόπρον ἔμελλον λήψεσθαι, καθάπερ αὐτὸς ὁ δοὺς τὸ φάρμακον ἔδειξεν, ἐπὶ θέρμων ἐδωδῇ. τούτων δὴ τῶν συνήθως ἐσθιομένων μετ' ἄρτου καλῶς ὠπτημένου κλιβανίτου συμμέτρων ἁλῶν τε καὶ ζύμης ἔχοντος. ἐδίδου δὲ καὶ οἶνον παλαιὸν πίνειν. ἅπαντα ταῦτα σύμμετρα κατὰ τὸν ὄγκον, ὡς ἀκριβῶς εὐπεπτῆσαι τὸ παιδίον. ἐπὶ μὲν δὴ τῆς πρώτης ἡμέρας τοιαύτῃ διαίτᾳ χρώμενος οὐδέπω κατὰ τὴν ὑστεραίαν ἀνῃρεῖτο τὴν κόπρον· ἐν ἐκείνῃ δ' αὖ πάλιν ὁμοίως διαιτήσας τὸ κατὰ τὴν τρίτην ἐκκριθὲν ἐλάμβανεν καὶ ξηραίνων ἐχρῆτο παραπλησίως τῇ κυνείᾳ κόπρῳ, καθότι προείρηται. ἔλεγε δὲ τὸν διδάξαντα διὰ τὴν δυσωδίαν τῶν ἄλλων ἐδεσμάτων φεύγοντα τοὺς θέρμους

que jurejurando reciperet fefe nulli ejus facturum copiam, priusquam ipfe qui dediffet foret defunctus, itaque a morte ejus qui indicarat non tantum ille fuum hominem, fed et alios fanabat, et mihi ne petenti quidem medicamenti exemplum volens ac lubens obtulit. Erat autem ftercus pueri ficcum cum melle Attico ad laevorem tritum. Victitabat autem puer, cujus ftercus accepturus erat, uti ipfe qui medicamentum dederat oftendit, lupinis illis videlicet qui ex more edi folent, cum pane bene cocto in clibano modicum falem et fermentum habente. Praebebat autem bibendum vinum vetus, atque haec omnia mediocri in quantitate, ut perfecte ea puer poffet concoquere. Itaque quum primo die eo victu effet ufus, poftero tamen die nondum ftercus capiebat, fed in eo quoque die rurfum eodem alebat victu, ac tertio demum fumebat, ac poftea arefacto utebatur fimiliter ut ftercore canino, ut ante dictum eft. Dicebat autem illum qui docuerat fugitantem alios cibos ob foetorem prae-

αἱρεῖσθαι, ἑαυτὸν δὲ ἕνεκα πείρας ὀρνιθείου κρέως καὶ περδικείου δι' ὕδατος ἢ λιτοῦ ζωμοῦ καλῶς ἑψημένου ἐδηδοκέναι πολλάκις, ἐνηργηκέναι δὲ τὸ φάρμακον οὐδὲν ἧττον. ἐγὼ μὲν δή σοι ταῦτα λέγειν ἔχω περὶ κυνείας τε καὶ ἀνθρωπείας κόπρου.

[290] [κα'. Περὶ λυκείας κόπρου.] Τὴν δὲ τῶν λύκων ἐπότιζέ τις κωλικοὺς οὐ μόνον ἐν τοῖς παροξυσμοῖς, ἀλλὰ καὶ τοῖς διαλείμμασιν, ὅσοι γε χωρὶς φλεγμονῆς ἔπασχον. εἶδον δέ τινας αὐτῶν οὐκέθ' ἁλόντας τῷ παθήματι καὶ τοὺς ἁλόντας οὐκέτ' οὐδέποτ' αὖθις ἰσχυρῶς παθόντας, ἀλλ' οὐδὲ μετ' ὀλίγον χρόνον. ἐλάμβανε δὲ κἀκεῖνος τὴν λευκοτέραν κόπρον τῶν λύκων μᾶλλον, ἥτις ὀστᾶ φαγόντων αὐτῶν ἀποκρίνεται. ἐθαύμασα δ' ἐπ' αὐτῷ, ὅτι καὶ περιαπτόμενον πολλάκις ἐναργῶς ὠφέλησεν. ἐλάμβανεν οὖν οὗτος τὴν κόπρον οὐδὲ πεπτωκυῖαν ἐπὶ τὴν γῆν, οὐ χαλεπῶς δὲ γίνεται τοῦτο. φύσιν γὰρ ἔχει ἐκεῖνο τὸ ζῶον, καθάπερ ὁ κύων, ἐπαίρων τὸ ἕτερον τῶν ὀπισθίων σκελῶν ἐνουρεῖν καὶ ἀποπατεῖν πρός τι τῶν ἐξεχόντων τῆς γῆς. ἐπ' ἀκάνθαις τε οὖν

tulisse lupinos, sese vero experimenti gratia carnes gallinaceas aut perdicum ex aqua aut tenui jure bene coctas persaepe exhibuisse et medicamentum nihilominus operatum. Atque ego sane haec tibi de canino humanoque stercore narrare possum.

[21. *De stercore lupino.*] At lupinum stercus quidam colicis potandum dabat, non tantum in ipsis paroxysmis, sed etiam in intervallis, siquidem phlegmone vacarent. Quorum ego quosdam vidi non amplius invadi, et qui erant invasi non amplius id graviter passos, sed nec post paucum temporis. Accipiebat autem ille albidius potius stercus quale ubi ossa ederint solent excernere. Verum illud etiam in eo mirabar, quod vel suspensum evidenter aliquoties juvisset. Itaque hic stercus capiebat quod non decidisset in terram, id quod non erat inventu difficile: ea enim est luporum natura quae canum, ut suspenso altero posteriorum crurum et mejant et cacent in eminenti quopiam ex terra.

πολλάκις εὑρίσκεται θέρους ἐν ὥρᾳ λυκεία κόπρος ἐπί τε θάμνοις τισὶ καὶ κλείθροις καὶ βοτάναις εὐαυξέσιν. εὑρίσκεται δὲ ἐν ταῖς κόπροις αὐτῶν καὶ αὐτῶν τῶν ὀστῶν τι τοῦ καταβεβρωμένου ζώου διαπεφευγότος, ὥσπερ τὴν μάσησιν, οὕτω καὶ τὴν πέψιν, ὃ καὶ αὐτὸ κόπτων καὶ λειῶν ἐδίδου πίνειν τοῖς κωλικοῖς. καὶ εἰ καθαρότητος ἄνθρωπος εἴη καὶ ἁλῶν καὶ πεπέρεως ἤ τινος τῶν τοιούτων, ἐμίγνυεν. ἐδίδου δὲ τοὐπίπαν μὲν δι' οἴνου λεπτοῦ κατὰ τὴν σύστασιν, ἔστι δ' ὅτε καὶ δι' ὕδατος. τὸ δ' οὖν περιαπτόμενον τῆς κόπρου ταῖς λαγόσι τοῦ πάσχοντος ἐκέλευσεν ἔχειν ἄρτημα, μάλιστα μὲν ἐξ ἐρίου γεγονὸς οὐ τοῦ τυχόντος προβάτου. πολὺ γὰρ εἶναι βέλτιον ὑπὸ τοῦ λύκου διεσπασμένου ἐπὶ τὸ πρὸς τὴν τοιαύτην χρείαν ἐπιτήδειον ἐσόμενον. εἰ δὲ μὴ παρείη τὸ τοιοῦτον ἔριον, ἐκ δέρματος ἐλαφείου τὸν ἱμάντα τὸν περιελιττόμενον ταῖς λαγόσι καὶ αὐτὸ τὸ περιέξον τὴν κόπρον ἐκέλευσεν εἶναι. ἡμεῖς δὲ καὶ εἰς χυτρίδιον τηλικοῦτον, ἡλίκος ἐστὶν ὁ μέγιστος κύαμος, ἐμβάλλοντες τῆς κόπρου περιήψαμεν ἐνίοις ἕνεκα πείρας, ἐθαυμάσα-

Itaque in fpinis faepe aeftate ftercus lupinum reperitur et fruticibus, vepribus herbisque procerioribus. Invenitur porro in ftercore illorum et nonnihil offium devorati animalis, quod ut effugit commanfionem, ita et concoctionem, quod et ipfum contundens ac conterens bibendum praebuit colicis, ac fi homo effet puritatis amans, mifcebat et falis quippiam aut piperis aut quippiam ejusmodi. Ut plurimum autem ex vino albo confiftentiae tenuis bibendum praebebat, interim vero etiam ex aqua. Hoc ergo ftercoris quod patientis ilibus applicandum effet praecepit fufpendi ex vinculo confecto ex lana, fed non qualibet, verum multo praeftabat eam effe ovis a lupo laniatae, unde quod ad hunc ufum accommodaretur effet conficiendum. Quod fi talis non adeffet lana, ex pelle cervina et lorum quod cingeret ilia, et in quo ftercus contineretur parari praecipiebat. At nos ollulam ad magnitudinem maximae fabae confecimus, quam experiundi gratia indito ftercore quibusdam fufpendimus, nec potuimus non mirari quum

μέν τε φανερῶς ὠφεληθέντας ἰδόντες τοὺς πλείστους αὐτῶν. ἐποιοῦμεν δὲ τῷ χυτριδίῳ δύο τινὰ καθάπερ ὦτα, δι' ὧν ὁ ἱμὰς διεβάλετο. τοῦτο μὲν δὴ κατὰ τὸ πάρεργον, εἰ μέλλει τις καὶ τοῖς οὕτω περιαπτομένοις πιστεύειν, λέγω δ' οὕτως, ὥστ' οὐσίαν εἶναι τὴν περιαπτομένην, οὐκ ὀνόματα βάρβαρα, καθάπερ εἰώθασιν ἔνιοι τῶν γοήτων, ἐπείτοι καὶ ἄλλων οὐσιῶν ἐπειράθην ὁμοίως ἐνεργουσῶν ἐπ' ἄλλων παθῶν. ἀλλ' οὐ νῦν καιρὸς ὑπὲρ αὐτῶν λέγειν, ἴωμεν οὖν αὖθις ἐπὶ τὸ προκείμενον.

[κβ'. Περὶ αἰγείας κόπρου.] Ἀνθρωπείας μὲν γὰρ καὶ κυνείας καὶ λυκείας ἐμνημόνευσα κόπρου, τῶν δ' ἄλλων οὐδέπω, καίτοι πλείους ἔτι τῶν εἰρημένων ὑπολείπονται, τινὲς μὲν καὶ πάνυ συνεχῆ τὴν χρείαν παρέχουσαι, τινὲς δὲ σπανιωτέραν. συνεχέστατα μὲν οὖν χρώμεθα ταῖς τῶν αἰγῶν κόπροις, σπύραθοι δ' ἰδίως ὀνομάζονται δριμείας καὶ διαφορητικῆς οὖσαι δυνάμεως, ὡς καὶ τοῖς σκιῤῥουμένοις ὄγκοις ἁρμόττειν οὐ σπληνὸς μόνον, ἐφ' ὧν συνεχέστατα χρῶνται πολλοὶ τῶν ἰατρῶν ταῖς (139) τοιαύταις κόπροις,

plurimos ipforum videremus adjutos. Caeterum ad ollulam duas ceu aures affiximus, per quas lorum transmitti poffet. Sed hoc quidem obiter dictum efto, fiquis invenietur qui fic fufpenfis fidem habere dignabitur. Dico autem fic, nam fubftantia eft quae fufpenditur, non voces barbarae, ut quidam facere praeftigiatorum affolent, quando et alias expertus fum fubftantias quae in aliis affectibus fimiliter operarentur. Sed de his non eft nunc dicendi tempus. Ad propofitum itaque revertamur.

[22. *De ftercore caprino.*] Nam humanum, caninum lupinumque ftercus recenfui, alia vero nondum; quorum etiam major eft quam dictorum numerus, et quaedam affiduo habentur in ufu, quaedam rariore. Omnium creberrime utimur caprino ftercore digerentis et acris facultatis, adeo ut et induratis fcirrhorum in modum tumoribus congruat, nec tantum lienis, ad quos creberrime medici non pauci hujusmodi ftercora applicant, fed etiam

ἀλλὰ καὶ ἄλλων μερῶν. ἔγωγ᾽ οὖν ἐπὶ γόνατος ἔχοντος ὄγκον χρόνιον δύσλυτον ἐχρησάμην αὐτῇ δι᾽ ὀξυκράτου καταπλάττεσθαι κελεύσας ἄλευρον κρίθινον ἐπιβαλλομένης τῆς κόπρου, καὶ θαυμαστῶς ὁ ἄνθρωπος ὤνητο. τῶν δ᾽ ἀγροίκων τις ἦν, ἐφ᾽ ᾧ τοῦτο [291] ἐπράχθη. καὶ οὕτως ἤδη καὶ ἄλλος ἀγροῖκος ἐφ᾽ ὁμοίων ὄγκων οὐ κατὰ γόνατος μόνον, ἀλλὰ καὶ κατ᾽ ἄλλων μορίων ὁμοίως χρησάμενος ὠφελήθη. δριμύτερον γάρ ἐστι τὸ φάρμακον ἢ ὥστε γυναῖκας ἀστυκὰς ἢ παιδία θεραπεύειν, ἢ ὅλως τοὺς μαλακοσάρκους. ἀλλὰ περὶ μὲν τῆς κατὰ μέρος χρήσεως ἁπάντων φαρμάκων ἐν τῷ περὶ συνθέσεως αὐτῶν εἰρήσεται. καὶ ἐπὶ τῶν ὑδερικῶν τε καὶ σπληνικῶν τῇ αἰγείᾳ κόπρῳ πολυειδῶς χρώμεθα. καὶ μέντοι καὶ καυθεῖσα λεπτομερεστέρα μὲν, οὐ μὴν δριμυτέρα γε σαφῶς γίνεται. διὸ καὶ πρὸς ἀλωπεκίας ἁρμόττει καὶ πάνθ᾽ ὅσα τῶν ῥυπτόντων δεῖται φαρμάκων, οἷον λέπρας τε καὶ ψώρας καὶ λειχῆνας, ὅσα τ᾽ ἄλλα τοιαῦτα. μίγνυται δὲ καὶ τοῖς διαφορητικοῖς καταπλάσμασιν, οἷα τὰ τῶν παρωτίδων

aliarum partium. Siquidem ego eo usus sum ad genu tumorem habens inveteratum et aegre solubilem, jusso fieri cataplasmate ex farina hordeacea per oxycratum, indito videlicet hoc stercore, et mirum est quam homo ille fuerit adjutus. Erat autem rusticus in quo id factum est. Et jam etiam alius rusticus quum sic usus esset non tantum in genu, sed etiam aliis in partibus ad tumores similes perinde adjutus est. Nam acrius est medicamentum quam ut mulieres urbanas aut pueros aut omnino qui tenera sunt carne sanare possit. Sed de particulari omnium medicamentorum usu in opere de componendis illis tractabitur. Quin et ad aquam inter cutem et ad splenicos varie caprino stercore utimur. Sed et ustum tenuioris quidem essentiae, verum haud manifesto redditur acrius. Quamobrem sane ad alopecias congruit, et omnia adeo quae extergentia medicamenta desiderant, ut lepras, psoras, lichenas et hoc genus alia. Miscetur digerentibus cataplasmatis, qualia sunt quae accommodantur ad paroti-

ἐστὶ καὶ τῶν βουβώνων κεχρονικότων. ἔστι γὰρ ἡ δύναμις αὐτῆς ἀκαύστου καὶ κεκαυμένης ῥυπτική τε καὶ διαφορητικὴ, καὶ οὐ βραχύ γε τὸ διαφορητικὸν ἔχει. πρὸς γοῦν τὰ τῶν ἐχιδνῶν δήγματα καὶ πολὺ δὴ μᾶλλον ἔτι τὰ τῶν ἄλλων θηρίων ἰατρός τις τῶν ἐν ἀγροῖς τε καὶ κώμαις ἰατρευόντων ἐχρῆτο δι᾽ ὄξους αὐτῇ καὶ διέσωσε πάνυ πολλούς. ὁ δ᾽ αὐτὸς οὗτος ἰατρὸς καὶ τοῖς ἰκτερικοῖς ἐδίδου τὰς σπυράθους δι᾽ οἴνου πίνειν καὶ πρὸς ῥοῦν γυναικεῖον ἐχρῆτο, σὺν λιβανωτῷ προστιθείς. καὶ χρὴ γινώσκειν μὲν ἅπαντα τὰ τοιαῦτα τὸν ἄριστον ἰατρὸν, ἐκλέγεσθαι δὲ τὰ βελτίω, καὶ μάλιστ᾽ ἐπὶ τῶν ἀστυκῶν τε καὶ ἀξιολόγων ἀνδρῶν, ἐφ᾽ ὧν οὐκ ἄν ποτ᾽ ἐχρησάμην ἐγὼ τοιούτῳ φαρμάκῳ παμπόλλων ἀμεινόνων εὐπορῶν. ὅμως δ᾽ οὖν γίγνεταί ποτε καὶ τῶν τοιούτων ἡ χρεία κατὰ τὰς ὁδοιπορίας καὶ τὰ κυνηγέσια καὶ τὴν ἐν ἀγρῷ διατριβὴν, ὅταν τι μὴ παρῇ τῶν βελτιόνων, ἢ καὶ σκληρόσαρκος ὁ ἀγροῖκος ἄνθρωπος ᾖ, παραπλήσιος ὄνῳ. πολλοὶ γὰρ τῶν τοιούτων κατὰ τοὺς ἀγροὺς εἰσὶν ἄξιοι τοῦ πίνειν σπύραθα. ὅπερ δὲ κἀν τοῖς ἔμπροσθεν ἐπ᾽

das et bubonas diuturniores, eſt enim vis ejus tum uſti tum non uſti abſterſoria et digerens, nec etiam parvam habet digerendi potentiam. Nam medicus quispiam ex iis, qui in agris et vicis medicinam exercent, utebatur eo ex aceto ad viperarum morſus et multo ſane etiam magis aliarum beſtiarum, ac profecto ex iis complures ſervavit. Et hic ipſe quoque medicus ad auriginem potanda ipſa ſtercora caprina ex vino praebuit, et ad profluvium muliebre cum thure appoſuit. Quae omnia ſane optimus medicus ignorare non debet, caeterum potiora eligere potiſſimum ad urbanos et honoratos alicujusque exiſtimationis viros, in quibus equidem ego tali nunquam ſum uſus medicamento, quum multo meliorum ſuppeteret copia. Attamen exiſtit nonnunquam talium uſus aut in itinere aut in venatione aut ruſticatione, quum ſcilicet meliorum nihil affuerit, aut homo ruſticus perinde fuerit carnis durae ac aſino ſimilis. Nam ejusmodi multos in agris reperias dignos, qui bibant ſtercora caprina. Porro quod et ſupra

οὔρων τε καὶ χολῶν καὶ σιάλων ἐῤῥέθη, τοῦτο καὶ νῦν μέμνησο, τὴν μὲν καθόλου καὶ κοινὴν δύναμιν ἁπάσαις εἶναι τὴν αὐτὴν, ἐξηλλάχθαι δὲ κατὰ τὰς τῶν ζώων κράσεις. τῶν μὲν γὰρ ξηροτέρων τῇ κράσει ζώων καὶ ἡ κόπρος ἐστὶ ξηραντικωτέρα, καθάπερ γε καὶ τῶν θερμοτέρων θερμαντικωτέρα, ψύχει δ' οὐδεμία, καθάπερ οὐδ' ὑγραίνει. πολλὰ δ' ἂν εἴη καὶ παρὰ τὴν φύσιν τῶν ἐδηδεσμένων αὐτῶν ἡ διαφορὰ, καὶ διὰ τοῦτ' ἐπ' ἀνθρώπων μᾶλλον ἢ τῶν ἄλλων ζώων μείζων ἐστὶν, ὅτι ποικιλωτάτης τῆς τροφῆς χρῆται τὸ ζῶον τοῦτο. τί γὰρ ὅμοιον ἔχει σκόροδά τε καὶ κρόμμυα φαγόντες ἢ κολοκύνθην, εἰ οὕτως ἔτυχεν; αἰγὸς δὲ σπύραθοι βραχὺ μὲν ἄν τι διαφέροιεν ἀλλήλων παρὰ τὰς νομὰς, οὐ μὴν τοσοῦτόν γε ὅσον αἱ τῶν ἀνθρώπων.

[κγ'. Περὶ βοείας κόπρου.] Ὡσαύτως δὲ καὶ τῶν βοῶν αἱ κόπροι βραχεῖαν ἔχουσι διαφορὰν, οὖσαί γε καὶ αὗται ξηραντικῆς δυνάμεως. ἔχουσι δὲ καὶ τὴν ἑλκτικὴν, ὡς δηλοῦσιν, ὠφελοῦσαι τὰ τῶν μελιττῶν τε καὶ σφηκῶν δήγματα.

monui de urinis et bile et faliva, id nunc memoria repete, nempe univerfalem et communem facultatem eandem omnibus ineffe, verum pro animalium temperamentis variam. Nam eorum quae ficciore funt temperie et ftercus exiccantius eft; ficut et calidiorum magis etiam calefactorium. Verum nullum omnino ftercus refrigerat, ficut nec ullum humectat. Sed et pro natura eorum quae edunt, multa item fuerit diverfitas. Proinde in hominibus potius quam aliis animalibus major eft, quandoquidem hoc animal diverfiffimis maximeque variis cibis utitur. Nam quid fimile habent qui allium ac caepas comedunt et qui cucurbitam verbi caufa? at caprarum ftercora pro pafto vario nonnihil item habuerint differentiae, non tamen tantum quantum ftercus humanum.

[23. *De ftercore bubulo.*] Similiter ftercus bubulum exiguam habet differentiam, eftque et ipfum facultatis exiccatoriae, verum attractoriam etiam obtinet, ut monftrat, dum apum vefparumque morfus juvat. Atque haec ut a

Ed. Chart. XIII. [291. 292.] Ed. Baf. II. (139.)
ταῦτα μὲν οὖν ἐνδέχεται καὶ κατὰ τὴν ἰδιότητα τῆς ὅλης οὐσίας ὠφελεῖσθαι. τοὺς ὑδερικοὺς δέ τις ἐν Μυσίᾳ τῇ ἐν Ἑλλησπόντῳ βολβίτῳ καταχρίων ἐν ἡλίῳ κατέκλινε φαρμάκων ἔμπειρος ἰατρός. ὁ δ' αὐτὸς οὗτος ἐπετίθει καὶ τοῖς φλεγμαίνουσι μέρεσι τῶν ἀγροίκων ὑγρὰν λαμβάνων ἦρος, ὅτε νέμονται τὴν πόαν οἱ βόες. εὔδηλον δ' ὅτι τῆς ἄλλης ἥδε πολλῷ μετριωτέρα τὴν δύναμίν ἐστιν. ἄλλην δὲ λέγω τὴν ἐπὶ τῇ τῶν ἀχύρων ἐδωδῇ. μέση γὰρ αὕτη τῆς τε εἰρημένης ἐστὶ καὶ τῆς ἐπὶ τῇ τῶν ὀρόβων προσφορᾷ. [292] πρόδηλον οὖν ὅτι καθάπερ ἡ ἐκ τῆς βοτανώδους νομῆς ἐπὶ τῶν φλεγμονῶν, οὕτως ἥδε τοῖς ὑδερικοῖς ἐστιν ἐπιτήδειος. εἰδέναι μέντοι χρὴ πάντα τὰ τοιαῦτα φάρμακα σκληροῖς σώμασιν ἀγροίκων ἀνθρώπων ἁρμόττειν, σκαπανέων τε καὶ θεριστῶν καὶ τῶν ἰσχυρὸν οὕτως ἔργον διαπραττομένων, ἐφ' ᾧ καὶ πρὸς χοιράδας ὁ κατὰ τὴν Μυσίαν ἰατρὸς ἐχρῆτο καὶ τῶν σκιῤῥωδῶν ὄγκων ἁπάντων σὺν ὄξει καταπλάττων.

[κδ'. *Περὶ προβατείου κόπρου.*] Ὁ δ' αὐτὸς οὗτος καὶ τῇ

proprietate fubftantiae totius juventur fieri poteft. Caeterum medicus quidam medicamentorum peritus in Myfia, quae in Hellefponto eft, aqua inter cutem laborantes bubulo ftercore oblinens in folem exponebat. Atque hic ipfe impofuit et partibus rufticorum phlegmone obfeffis humidum illud vere collectum quum herbam boves pafcuntur. Manifeftum autem eft hoc effe alio moderatioribus multo viribus, dico autem aliud, quum paleis vefcuntur; nam hoc medium eft inter id quod modo diximus et quod provenit ab ervi paftu. Liquet ergo quemadmodum id quod pafcuo herbaceo provenit, ad phlegmonas accommodatur, fic iftud aqua infeftatis effe idoneum. Scire tamen oportet, omnia id genus medicamenta duris agreftium hominum corporibus aptari, nempe fofforibus et mefforibus et qui opus obeunt tam validum; in quibus utique Myfius ille medicus et ad ftrumas adhibebat et ad tumores omnes fcirrhofos ex aceto in cataplasmatis formam compofitum illinens.

[24. *De ftercore ovillo.*] Sed et hic ipfe medicus

τῶν προβάτων κόπρῳ πρὸς ἀκροχορδόνας ἐχρῆτο καὶ μυρμηκίας καὶ θύμους καὶ δοθιῆνας σκληροὺς τοὺς καλουμένους ἥλους, ὄξει δεύων αὐτήν. ἀλλὰ καὶ τὰ πυρίκαυτα τῶν ἑλκῶν εἰς οὐλὴν ἦγε, μιγνὺς τῆς κόπρου ταύτης κηρωτῇ ῥοδίνῳ. καὶ μέντοι καὶ διὰ τῶν αἰγῶν κεκαυμένους ὁμοίως ἐθεράπευε, μιγνὺς καὶ ταῦτα ὀλίγον τι πάνυ πολλαπλασίῳ τῆς κηρωτῆς ὄγκῳ. καὶ ὅλως ἦν αὐτῷ σπούδασμα διὰ τῶν ἐν τοῖς ἀγροῖς εὐπορίστων ἅπαντα θεραπεύειν, ἐν οἷσι δηλονότι καὶ αἱ βοτάναι καὶ οἱ θάμνοι καὶ τῶν δένδρων εἰσὶν οἱ ἀκρέμονες καὶ τὰ βλαστήματα καὶ τὰ μαλακὰ φύλλα καὶ οἱ καρποὶ καὶ οἱ φλοιοὶ, περὶ ὧν ἐν τοῖς εὐπορίστοις ἐπιπλέον εἰρήσεται.

[κε'. *Περὶ κόπρου περιστερᾶς.*] *Τῇ γοῦν κόπρῳ τῶν νομάδων περιστερῶν, οὕτως γὰρ αὐτὰς ἔνιοι καλοῦσι διαστέλλοντες ἀπὸ τῶν κατοικιδίων, ὡς θερμαίνοντι φαρμάκῳ καὶ αὐτὸς ἐγὼ πάνυ συνεχῶς εἰς πολλὰ χρῶμαι, μετὰ μὲν καρδάμου σπέρματος κεκομμένην τε καὶ διηθημένην ξηρὰν ἀντὶ νάπυος ἐπὶ τῶν φοινιγμοῦ δεομένων προσφέρων. εὔδη-*

ovium utebatur ſtercore ad acrochordonas et myrmecias et thymos et furunculos duros, quos clavos nominant, aceto videlicet diluens. Quin et ulcerum ambuſta ad cicatricem illo ducebat, nempe ſtercus hoc cerato roſaceo commiſcens. Sed et per ſtercus caprinum combuſtum ſimiliter curabat, caeterum pauculum ejus multis numeris majori cerati moli admiſcebat. Et in totum ſtudium id illi erat unicum omnia curare per ea, quae ex agris facillime parantur: inter quae ſunt et herbae et frutices et arborum flagra et germina et folia mollia et fructus et cortices, ſuper quibus copioſius dicetur in facile parabilibus.

[25. *De ſtercore columbino.*] Porro ſtercore columbarum nomadum, nam ſic eas quidam cognominant a domeſticis videlicet diſtinguentes, tanquam medicamento calefaciente et ipſe ad multa frequenter admodum utor, nempe cum ſemine naſturtii contuſum cribratumque ſiccum vice napyos ad ea quae rubrificari debent adhibens. Manifeſtum

λον δ' ὅτι τοὺς κεχρονικότας ἅπαντας ἐν τοῖς τοιοῖσδε λέγω πάθεσιν ὁποῖόν ἐστιν ἰσχιὰς, ἡμικρανία, σκοτώματά τε καὶ σκοτόδινοι καὶ κεφαλαῖαι καὶ τὰ κατὰ πλευρὰς ἢ ὠμοπλάτας ἢ τένοντα ἢ ψόας ἀλγήματα χρόνια, καὶ πρὸς τούτοις ἔτι νεφρίτιδές τε καὶ κοιλιακαὶ διαθέσεις καὶ ποδαγρικαὶ ἀρθρίτιδες, ὅταν γε μηδέπω σύστασις ᾖ πώρων ἐν τοῖς ἄρθροις αὐτῶν. αὕτη μὲν οὖν ἡ κόπρος οὐδὲν ἔχει δυσῶδες καὶ μάλιστα ξηρανθεῖσα. διὸ καὶ κατὰ πόλεις αὐτῇ χρώμεθα πολυειδῶς, ἀναμιγνύντες ἄλλοτε ἄλλῳ φαρμάκῳ.

[κστ'. Περὶ ἀλεκτορίδος κόπρου.] Τῇ δὲ τῶν ἀλεκτορίδων ἑωρακὼς τὸν ἐν τῇ Μυσίᾳ χρώμενον ἐπὶ τῶν ὑπὸ τῆς μυκήτων ἐδωδῆς πνιγομένων ἐχρησάμην καὶ αὐτὸς ἐπί τινων ἐν τῇ πόλει προσενηνεγμένων αὐτὴν, ἐπὶ πάντων λειουμένην κυάθοις τρισὶν ἢ τέτρασιν ὀξυκράτου τε καὶ ὀξυμέλιτος, καὶ προφανῶς ὠφέλησεν διὰ ταχέων. ἤμεσαν γὰρ ὀλίγον ὕστερον οἱ πνιγόμενοι φλεγματώδη παχύτατον χυμὸν, ἐφ' ᾧ τελέως ἐπαύσαντο τοῦ συμπτώματος. ἔστι δὲ τῆς τῶν περιστερῶν ἧττον ἡ κόπρος αὕτη θερμή. ὁ δ' ἐπὶ τῆς Μυ-

autem eſt quod inveterata omnia dico in talibus affectibus, quales ſunt coxendix, hemicrania, ſcotomata, vertigines et cephalaea, et in lateribus, ſcapulis, cervice, lumbis, dolores inveterati, et ad haec nephritides et affectus coeliaci et podagricae arthritides, quando videlicet in articulis eorum nondum conſtiterint tophi. Atque hoc ſtercus plane foetidum non eſt maxime areſactum. Quocirca et in urbibus eo varie utimur, alias aliis miſcentes medicamentis.

[26. *De ſtercore gallinaco.*] Porro quum conſpexiſſem illum in Myſia medicum gallinaceo utentem ſtercore in eis, qui ab eſu fungorum ſuffocabantur, et ipſe quoque ſum uſus in quibusdam urbem inhabitantibus, qui et ipſi fungos eſitarant, ipſum videlicet ad laevorem contritum tribus quatuorve oxycrati aut oxymelitis inſpergens cyathis; et palam adjuti ſunt idque celeriter. Nam qui praefocabantur, paulo poſt vomebant pituitoſum humorem omnino craſſiſſimum, et exinde plane liberati ſunt ſymptomate. Eſt autem hoc ſtercus columbino minus calidum. Caeterum My-

σίας ἰατρὸς καὶ τοῖς χρονίοις κωλικοῖς ἐδίδου πίνειν τῆς τῶν ἀλεκτορί(140)δων κόπρου δι' οἰνομέλιτος· εἰ δὲ μὴ παρείη τοῦτο, δι' ὄξους ἢ οἴνου κεκραμένου ὕδατι. μεμνῆσθαι δέ σε χρὴ τοῦ κοινοῦ περὶ πάντων ζώων λόγου, κατά τε τὰ περιεχόμενα κατὰ τὰ σώματα αὐτῶν, ὑγρά τε καὶ στερεὰ, καὶ κατὰ τὰ μόρια παμπόλλην εἶναι τὴν διαφορὰν τῶν ὀρείων καλουμένων, παρά τε τὰ κατὰ πεδία καὶ ἕλη καὶ λίμνας καὶ κατὰ τὴν [293] *οἰκίαν. ἀεὶ γὰρ τὰ γυμναζόμενα τῶν ἀγυμνάστων ἐστὶ ξηρότερα καὶ τὰ τροφαῖς χρώμενα ξηροτέραις τε καὶ θερμοτέραις τῶν ὑγροτέραις τε καὶ ψυχροτέραις χρωμένων. ἐπὶ γοῦν τῶν περιστερῶν διὰ τὸ συνεχῶς χρῆσθαι τῇ κόπρῳ πάμπολυ λειπομένην εὗρον ἀεὶ τῶν ἐπὶ ταῖς οἰκίαις τρεφομένων τῆς τῶν ὀρείων νομάδων. εὗρον δὲ καὶ τὴν τῶν ἀλεκτορίδων ἀσθενεστέραν πολὺ τῶν ἐγκεκλεισμένων τε καὶ πιτύροις τρεφομένων, ἰσχυρότερον δ' οὐκ ὀλίγῳ τῶν ἐν τοῖς ἀγροῖς κατὰ τὰς αὐλάς τε καὶ τούτων ἔξωθεν νεμομένων.*

ſius ille medicus dabat etiam bibendum ſtercus gallinaceum iis qui diutino coli dolore fuiſſent vexati ex oenomelite, quod ſi hoc non aderat, ex aceto aut vino aqua diluto. Porro memoria tenere oportet communem de omnibus animantibus rationem, nempe in iis quae in corporibus ipſorum continentur, tam humida quam ſolida, tum in ipſis partibus plurimam eſſe diverſitatem montanorum quae vocant et eorum quae in pratis, paludibus, lacubus et aedibus verſantur. Semper enim quae exercentur iis quae non exercentur ſunt ſicciora, et quae cibis utuntur calidioribus ſiccioribusque iis quae humidis frigidisque. Nam in columbis, quandoquidem creber nobis earum ſtercoris eſt uſus, multo ſemper inferius ac imbecillius expertus ſum earum ſtercus quae in domibus degebant quam earum quae in montibus, quas nomadas nuncupant. Tum gallinarum quoque inveni multo etiam imbecillius earum quae concluſae ſervantur et furfuribus aluntur, non paulo autem valentius earum quae in agris, atriis aut foris paſcuntur.

Ed. Chart. XIII. [293.] Ed. Baf. II. (140.)

[κζ. *Περὶ κόπρου χηνῶν τε καὶ πελαργῶν.*] Ἡ δὲ τῶν χηνῶν κόπρος ἄχρηστός ἐστι διὰ πολλὴν δριμύτητα. λογίζομαι δὲ καὶ τὴν ἱεράκων τε καὶ ἀετῶν. ἀλλὰ καὶ τὸ δυσπόριστον ἁπάσης τῆς τοιαύτης ὕλης φευκτέον. ἐξ οὗ καὶ μᾶλλον ὁρμώμενοί τινες ἰσχυρὰς δυνάμεις μαρτυροῦσι ταῖς τοιαύταις ὕλαις, ὡς οὐ ῥᾳδίως ἐλεγχθησόμενοι, καθάπερ οἱ τὴν τῶν πελαργῶν κόπρον ἐπιλήπτους ἰᾶσθαι γράψαντες. ἀλλ᾽ αὕτη μέντοι πολλῶν ὄντων ἄλλων ὧν γράφουσιν εὐποριστωτέρα κατὰ πολὺ τυγχάνουσα περίεργον ὅμως τ᾽ ἐστὶ πρὸς τῷ μηδ᾽ ἀληθὲς εἶναι τὸ γεγραμμένον ὑπ᾽ αὐτῆς. πεισθεὶς γοῦν τις ὑπὸ τῶν γραφόντων τὰ τοιαῦτα καὶ πιὼν τῆς κόπρου ταύτης οὐδὲν ὤνηται. δηλοῦσι γοῦν καὶ πρὸ τῆς πείρας οἱ γράφοντες αὐτὰ τὸ μοχθηρὸν ὧν ἐπαγγέλλονται. κατὰ πολλοὺς γὰρ τρόπους δυσπνοούντων ἀνθρώπων οὔθ᾽ ὅ τι πᾶσιν ἁρμόττει προστιθέασι κατὰ τὸν λόγον οὔθ᾽ ὅ τι τοῖσδέ τισιν ἢ τῷδε. τινές γε μὴν τῶν γραψάντων οὐ δυσπνοίας ἁπλῶς, ἀλλ᾽ ὀρθοπνοίας λέγουσιν ἰάματα εἶναι τὰ τοιαῦτα, κόπρον πελαργοῦ καὶ γλαυκὸς αἷμα καὶ οὖρον

[27. *De ſtercore anſerum et ciconiarum.*] Caeterum ſtercus anſerinum prae nimia acrimonia inutile eſt. Colligo enim ita eſſe et accipitrum et aquilarum. Verum fugienda eſt materia omnis ejusmodi, quae difficulter comparari poteſt. Qua occaſione complures validiſſimas vires talibus materiis teſtimonio aſcribunt ſuo, ceu non facile redarguendi, velut qui ciconiarum ſtercus comitiali morbo mederi ſcriptitant. Verum quamquam hoc multis aliis quae ſcribunt longe ſit parabilius, curioſum tamen eſt, ut taceam falſum eſſe, quod de illo eſt proditum; nam quidam iis qui talia memorant credulus epoto hoc ſtercore nihil adjutus eſt. Nam et antequam experiare, promiſſorum pravitatem ac falſitatem ipſi qui talia ſcribunt detegunt, nam quum multis modis difficulter homines ſpirent, neque quod omnibus conferant aſcribunt neque quod his aut huic. Tametſi ſunt inter eos qui talia ſcriptitant qui non ſimpliciter dyſpnoeae, difficilis ſpirationis, ſed orthopnoeae talia eſſe remedia dicunt, nempe ciconiae ſtercus, noctuae ſan-

Ed. Chart. XIII. [293.] Ed. Baf. II. (140.)

ἀνθρώπου καὶ ἄλλα τούτων ἀτοπώτερα μὴ γινώσκοντες, ὅτι φλεγματώδης καὶ γλίσχρος χυμὸς ἐμφράττων τὰ βρογχία τοῦ πνεύμονος αἴτιος γίνεται τοῦ πάθους τούτου καὶ ὡς ἴασις ἐν τῷ κενῶσαι τοῦτό ἐστιν, καὶ ὡς ἡ κένωσις αὐτοῦ καὶ μετὰ βηχὸς ἀναπτυομένου γίγνεται, καὶ ὡς οὐκ ἐνδέχεται τοῦτο γίνεσθαι μὴ πολλάκις ποθέντος δριμυτέρου φαρμάκου. οἱ δέ γε οὕτως εἰσὶ ληρώδεις ἢ γόητες ἢ οὐκ οἶδ' ὅ τι φῶ, ὡς τῶν ἀτόπων ἕκαστον τούτων πομάτων ποθὲν ἀπαλλάττειν τῆς δυσπνοίας φασὶ τοὺς κάμνοντας, ὅπερ οὐδ' εἰ μήλην τις καθεὶς εἰς τὸν πνεύμονα δι' ἐκείνης ἀφαιρεῖν ἐδύνατο τὸν ἐμπεπλασμένον χυμὸν, ἐκ μιᾶς ἂν ἐπιβολῆς ἐπράχθη. κάλλιον οὖν ἦν αὐτοῖς, οὐκ εἰ ποθείη τόδε τι τὸ αἷμα ἢ τὸ οὖρον τὴν δύσπνοιαν ἰᾶσθαι λέγειν, ἀλλ' εἰ πίνοιτο. κάλλιον δὲ ὅτι μὴ πάντῃ τε καὶ πάντως ἰάσεται, μηδ' εἰ πίνοιτο συνεχῶς, ἀλλ' ὅτι πολλοὺς μὲν ἰάσατο, πολλοὺς δὲ ὠφέλησεν μὲν, οὐ τελέως δ' ἀπήλλαξε τοῦ νοσήματος. ἀλλὰ τούτους μὲν ἤδη καταλίπωμεν, ἐπὶ δὲ τὸ συνεχὲς ἴωμεν τοῦ λόγου. πάσης γάρ τοι κόπρου τὸ δριμὺ καὶ

guinem, urinam humanam et alia his abſurdiora, haud ſcientes quod pituitoſus viſcoſusque ſuccus bronchia obſtruens pulmonis, hujus affectus ſit cauſa et quod in eo evacuando conſiſtat medela, quod evacuatur dum per tuſſim excreatur, et quod id fieri nequeat absque crebro epoto medicamento acriore. At hi adeo ſunt nugaces, aut praeſtigiatores, aut quo illos digno appellem nomine neſcio, ut dicant abſurdorum iſtorum poculorum unumquodque epotum a dyſpnoea liberare, quod fieri non poſſet, ne ſi vel ſpecillum fas eſſet alicui in pulmonem demittere, quo infixum humorem tolleret ſemel duntaxat demiſſo. Praeſtabat itaque illis dixiſſe, non ſi epotus ſit hic ſanguis aut urina, ſanare dyſpnoeam, ſed ſi potetur, rectiusque etiam quod non ſemper et omnino ſanabit, ne ſi vel aſſiduo potetur, ſed quod multos ſanavit, multos vero adjuvit quidem, ſed morbo prorſum non liberavit. Sed hos jam mittamus et quod deinceps eſt, ad id pergamus. Cujusque enim ſtercoris acrimoniam et digerendi vim poſſidentis,

διαφορητικὸν ἐχούσης παρὰ τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον ἑτέραν ἑτέρας τὴν τοιαύτην ἔχειν δύναμιν, αἳ κατὰ μέρος ἐν αὐταῖς γίνονται διαφοραὶ, καὶ διὰ τοῦτο τινὰς μὲν τόδε τι τὸ πάθημα, τινὰς δὲ τόδε τι θεραπεύειν μᾶλλον.

[κη'. *Περὶ μυῶν κόπρου.*] Οὕτω γοῦν καὶ τὰ τῶν μυῶν ἀποπατήματα γεγράφασιν ἀλωπεκίας θεραπεύειν, καὶ ἦν τις ἰατρὸς ὃς [294] ἐχρῆτο τῷ συνθέτῳ φαρμάκῳ διὰ μυῶν κόπρον κατεσκευασμένῳ πρὸς τὸ πάθημα τοῦτο. καί τις ἄλλος βαλάνιον προσθεῖναι παιδίῳ δεομένῳ τῶν οἰκείων ἐκέλευσεν παρασκευασθῆναι μυῶν κόπρῳ, ἐφ' ὧν πάντες οἱ ἀκούσαντες ἐγέλασαν, εἰ τοσούτων ὄντων, ἃ προστιθέμενα τῇ ἕδρᾳ πρὸς ἔκκρισιν ἐπεγείρει τὸ ἔντερον, ἅπανθ' ὑπερβὰς ἐκεῖνος ἐπὶ τὴν τῶν μυῶν ἧκε κόπρον. ἔστι γὰρ ὄντως αἰδεθῆναι τὰ τοιαῦτα καὶ εἰς πεῖραν ἄγειν ἁπάντων καταγινωσκόντων ὡς περιέργου τε καὶ γόητος ὃς ἂν ταῦτα πράττῃ τε καὶ λέγῃ. περὶ μὲν οὖν τῆς τῶν μυῶν κόπρου καὶ ταῦθ' ἱκανά.

[κθ'. *Περὶ κόπρου τῶν χερσαίων κροκοδείλων καὶ*

prout aliud alio plus minusve ejus ſortitum eſt facultatis, ita particulares in ipſis proveniunt differentiae, ac proinde aliud hoc pathema potius, aliud illud magis curare valet.

[28. *De ſtercore murium.*] Sic enim murium ſtercus alopecias curare proditum eſt, et inventus eſt quidam medicus, qui ad hoc pathema utebatur compoſito medicamento ex murium ſtercore confecto. Et alius quidam glandem puero familiaribus rogantibus ut apponeret praecepit ut ex ſtercore conficeretur murium. Quo dicto omnes qui audierant in riſum ſoluti ſunt, quod quum tot eſſent quae appoſita ſedi ad excretionem excitarent inteſtinum, ille omnibus praeteritis ad murium confugiſſet ſtercus. Nam re vera pudendum eſt alia etiam experiri velle, quum omnes ceu curioſum et praeſtigiatorem condemnent eum qui talia aut faciat aut dicat. Itaque de murium ſtercore haec quoque ſufficiunt.

[29. *De ſtercore crocodilorum terreſtrium et ſtur-*

Ed. Chart. XIII. [294.] Ed. Baf. II. (140.)

ψάρων.] Τὴν δὲ τῶν χερσαίων κροκοδείλων τούτων τῶν μικρῶν τε καὶ χαμαιρεπῶν κόπρον ἔντιμον αἱ τρυφῶσαι πεποιήκασι γυναῖκες, αἷς οὐκ ἀρκέσει τοῖς ἄλλοις φαρμάκοις τοσούτοις οὖσιν λαμπρόν τε καὶ τετανὸν ἐργάσασθαι τὸ περὶ τὸ πρόσωπον δέρμα, προστιθέασι δ' αὐτοῖς καὶ τὴν τῶν κροκοδείλων κόπρον. ὁμοία δ' αὐτῇ γίνεται καὶ ἡ τῶν ψάρων, ὅταν ὄρυζαν μόνην ἐσθίωσιν. εὔδηλον οὖν ὅτι ῥυπτικήν τε καὶ ξηραντικὴν δύναμιν ἔχουσιν αἱ τοιαῦται κόπροι μετρίαν ἑκατέραν καὶ πολὺ μετριώτεραί τε καὶ ἀμυδρότεραι αἱ τῶν ψάρων. ἡ δέ γε τῶν κροκοδείλων κόπρος ὥσπερ τῶν προσώπων τὴν ἔφηλιν ἀφαιρεῖν πέφυκεν, οὕτω καὶ ἐλεῖν ἀλφοὺς καὶ λειχῆνας.

[λ'. Περὶ ῥύπου τῶν ἀνθρώπων.] Ῥύπος γεννᾶται μὲν οὐ μόνον ἐπὶ παντὸς τοῦ κατὰ τὸ σῶμα δέρματος, ἀλλὰ κἀν τοῖς ὠσὶ, διὰ δὲ βραχύτητα δυσπόριστός ἐστι καὶ κατὰ τοῦτο περὶ αὐτοῦ γεγράφασιν οὐδὲν, ὅτι μὴ παρωνυχίαις ἁρμόττειν τὸν ἐκ τοῦ ὠτὸς ῥύπον, ὅνπερ δὴ καὶ μόνον οἷόν τε λαβεῖν ἐστι καθ' ἑαυτόν. ὁ γὰρ ἐπιτρεφόμενος ἅπαντι τῷ δέρματι κατά τε τὰ βαλανεῖα καὶ τὰς παλαίστρας ἀποῤῥύ-

norum.] Caeterum terreſtrium crocodilorum, horum inquam exiguorum et humi ſerpentium, ſtercus pretioſum effecere mulieres delicioſae, quibus non eſt ſatis, quod alia ſint medicamenta tam multa, quibus faciei cutis et tenſa et ſplendens efficitur, quin etiam adjungant ſtercus crocodilorum. Simile illi fit et ſturnorum ſtercus, quum ſolam oryzam ederint. Clarum itaque eſt quod abſtergendi deſiccandique facultatem utramque moderatam habent ſtercora ejusmodi et multo moderatiorem et hebetiorem ſtercus ſturnorum. At ſtercus crocodilorum ſicut a facie ephelen tollit, ita et vitiliginem et lichenas.

[30. *De ſordibus hominum.*] Sordes naſcitur non tantum per totam corporis cutem, ſed et in auribus, ſed ob paucitatem paratu difficilis eſt. Proinde de illa nihil ſcribunt, niſi quod paronychiis congruat ſordes aurium, quam ſane etiam ſolam per ſe licet accipere. Nam quae in tota cute provenit et balneis et in palaeſtris deraditur,

Ed. Chart. XIII. [294.] Ed. Baf. II. (140.)

πτεται, συντελῶν τι καὶ αὐτὸς τῷ καλουμένῳ πάτῳ, περὶ οὗ προείρηται. δηλοῖ δ' αὐτοῦ καὶ ἡ γένεσις τὴν φύσιν. εἰ γὰρ τοῦ κατὰ τὴν ἄδηλον διαπνοὴν ἐκκενουμένου τὸ παχυμερὲς καὶ γεῶδες ὑπόλειμμα ῥύπος γίγνεται, ξηραντικῆς ἐστι δυνάμεως, ἔχον τι καὶ θερμότητος. ὅ γε μὴν ἐπιτρεφόμενος τοῖς τῶν προβάτων ἐρίοις ῥύπος, ἐξ οὗ τὸν καλούμενον οἴσυπον ποιοῦσιν, πεπτικῆς ἐστι δυνάμεως παραπλησίως τῷ βουτύρῳ, βραχύ τι δὲ καὶ διαφορητικὸν ἔχει.

conferens nonnihil et ipfa pato quem vocant, de quo fupra differui. Sed et generatio ejus naturam indicat. Nam fi fordes eft craffum illud ac terreftre quod reliquum eft eorum quae per latentem tranfpirationem evacuantur, fequitur ut deficcandi vim habeat cum nonnulla caliditate junctam. Ea tamen fordes, quae lanis ovium inhaeret et adnafcitur, ex qua oefypon quod vocant conficitur, concoquendi vim habet fimilem butyro, paulum vero etiam digerentis facultatis obtinens.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΩΝ ΑΠΛΩΝ ΦΑΡΜΑΚΩΝ ΚΡΑΣΕΩΣ ΚΑΙ ΔΥΝΑΜΕΩΣ ΒΙΒΛΙΟΝ Λ.

Ed. Chart. XIII. [295.] Ed. Baf. II. (141.)

Προοίμιον. Τὰ πλεῖστα τῶν ἐν τοῖς ζώοις μορίων κοινὰ πᾶσιν αὐτοῖς ἐστιν, οὐδὲν μὴν οὕτω κοινὸν ὡς ἡ σάρξ. πᾶν γὰρ ζῶον ἔχει ταύτην. ἔναιμον μὲν ἄνθρωπός τε καὶ τετράποδα πάντα καὶ ὄρνιθες, ὄφεις τε καὶ σαῦροι καὶ χελῶναι καὶ ἄλλα τοιαῦτα· χωρὶς δ' αἵματος τά τ' ὄστρεα πάντα καὶ τῶν ἐνύδρων οὐκ ὀλίγα, καθάπερ καὶ τῶν

GALENI DE SIMPLICIVM MEDICAMENTORVM TEMPERAMENTIS AC FACVLTATIBVS LIBER XI.

Prooemium. Pleraeque animantium partes communes inter se omnium sunt, nulla tamen est aeque communis ut caro. Hanc enim habet omne animal sanguine quidem praeditum, ut homo et omnes quadrupedes, tum aves, serpentes, lacerti quos sauros vocant, testudines et quae sunt ejus generis: sanguine carentia tum ostrea omnia tum non pauca eorum quae in aquis degunt, sicut et non-

ἐν αὐτῇ τῇ γῇ. καὶ τὸ ἐσθιόμενον τῶν ζώων ἡ σάρξ ἐστι μάλιστα. καὶ γὰρ καὶ τῶν σπλάγχνων ὁ πλεῖστος ὄγκος ἐκ τῶν κατ᾽ αὐτὰς γίνεται σαρκῶν. ἔνιοι δὲ τῶν ἰατρῶν τὴν μὲν ἐν τούτοις σάρκα παρέγχυμα καλοῦσιν, διότι τῶν φλεβῶν ἐκχεόμενον τὸ αἷμα περιπήγνυται πᾶσι τοῖς ἀγγείοις, ὡς ἐκεῖνοι νομίζουσιν, τὴν δ᾽ ἐν τοῖς μυσὶ μόνην ὀνομάζουσι σάρκα. περὶ μὲν δὴ τῶν ὀνομάτων, ὡς ἀεί φαμεν, ἐρίζειν οὐ χρὴ, τὴν δὲ τῶν πραγμάτων αὐτῶν ἐπιστήμην ἀσκητέον, ἧς καὶ ἡμεῖς ἀντιποιούμενοι διὰ παντὸς, ὅσα περὶ τῶν καθ᾽ ἕκαστον ζῶον μορίων ἰδίων καὶ κοινῶν ἐπιστάμεθα, τὰ μὲν ἐκ τῆς πείρας, τὰ δ᾽ ἐκ τοῦ λόγου διδαχθέντες, ἐφεξῆς ἐροῦμεν ἅπαντα τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῆς ἰδίως ὀνομαζομένης σαρκὸς ποιησάμενοι.

[296] Κεφ. α΄. [α΄. Περὶ σαρκὸς ἐχίδνης.] Οὐχ ἅπασαι τῶν ζώων αἱ σάρκες ἄνθρωπον τρέφουσιν, ἀλλ᾽ ἐνίων εἰσὶ καὶ θανάσιμοι τῶν φαρμακωδῶν οὐδὲν ἧττον, ἃ καλοῦσι δηλητήρια, καὶ τῶν τρεφουσῶν δὲ ἡμᾶς σαρκῶν ἔνιαι μὲν αὐτὸ τοῦτο μόνον εἰσὶ τροφαὶ, τινὲς δὲ πρὸς τῷ τρέφειν

nulla quae in terris. Et quod ex animantibus maxime editur, caro eſt, nam et viſcerum plurima moles ex carnibus ipſis inhaerentibus conſtat. Verum nonnulli medicorum carnem viſcerum parenchyma vocandam cenſent, propterea quod ex venis effuſus ſanguis circum vaſa omnia concreſcat, ut ipſi arbitrantur, ſed eam quae viſitur in muſculis ſolam carnis appellatione dignantur. Verum de nominibus, ut ſemper monemus, contendendum non eſt, ſed exercenda potius rerum ſcientia, cujus nos quoque ſtudio usque dediti quaecunque tum de propriis cujusque animantis partibus tum de communibus cognovimus, eaque partim experientia partim ratione docti, omnia deinceps exponemus orſi a carne proprie dicta.

Cap. I. [1. *De carne viperae.*] Non omnes animalium carnes hominem nutriunt, ſed quorundam etiam lethales ſunt non ſecus atque venena quae vocant deleteria. Tum inter eas carnes quae hominem nutriunt, quaedam hoc ipſum tantum, ſunt nempe nutrimentum, quaedam vero

ἔχουσι καὶ τὴν ὡς φαρμάκου δύναμιν, ἐπειδὴ κατὰ τὸ ξηραίνειν ἢ ὑγραίνειν καὶ θερμαίνειν ἢ ψύχειν, ἀλλοιοῦσι τὸ σῶμα. τὰς γοῦν τῶν ἐχιδνῶν θερμαινούσας τε καὶ ξηραινούσας ἐναργῶς ἔστιν ἰδεῖν ἀρτυομένας, ὥσπερ αἱ ἐγχέλεις ἐλαίῳ καὶ ἁλσὶ καὶ ἀνήθῳ καὶ πράσῳ καὶ ὕδατι δηλονότι μετὰ τοῦ συμμέτρου. ὅτι δὲ καθαίρουσιν διὰ τοῦ δέρματος ἅπαν τὸ σῶμα γνῶναί σοι πάρεστι κἀξ ὧν ἐπειράθην ἐγὼ ἔτι νέος γενόμενος ἐπὶ τῆς ἡμετέρας Ἀσίας, ὧν ἕκαστον ἐφεξῆς ἤδη δίειμι. ἄνθρωπος νοσῶν τὸ καλούμενον πάθος ἐλέφαντα μέχρι μέν τινος ὁμοδίαιτος ἦν τοῖς συνήθεσιν, ἐπεὶ δ' ἐκ τῆς πρὸς αὐτὸν κοινωνίας τε καὶ ὁμιλίας ἐκοινώνησαν μὲν ἔνιοι τοῦ πάθους, αὐτὸς δὲ δυσώδης ἦν ἤδη καὶ ειδεχθὴς, καλύβην αὐτῷ πηξάμενοι πλησίον τῆς κώμης ἐπὶ χθαμαλοῦ τοῦ λόφου παρά τινι πηγῇ ἱδρύουσιν ἐν αὐτῇ τὸν ἄνθρωπον φέροντες τροφὰς αὐτῷ ἐφ' ἡμέρας τοσαύτας ὅσον ἀποζῇν ἱκανῶς. περὶ δὲ κυνὸς ἐπιτολὴν θερισταῖς πλησίον αὐτοῦ θερίζουσιν ἐκομίσθη τις οἶνος ἐν κεραμίῳ μάλ'

ſupra quam quod nutriunt habent et facultatem ceu medicamenti, quandoquidem deſiccando, humectando, calefaciendo ac refrigerando corpus alterant. Nam viperarum carnes palam videre eſt calefacientes et deſiccantes ubi condiuntur ceu anguillae, nempe oleo, ſale, anetho, porro et aqua, servato nimirum modo. Quod autem totum corpus per cutim evacuent, diſcere tibi liceat vel ex iis quae ego juvenis etiamnum in Aſia noſtra ſum expertus, quae ſigillatim deinceps narrabo; homo quidam morbo quem elephanta cognominant laborans aliquo usque cum ſodalibus converſabatur, donec ex ipſius conſuetudine converſationeque quidam noſtrum morbi inficerentur contagione, et ille jam odoratu gravis ac foedus redderetur aſpectu. Conſtructo igitur illi tugurio proxime vicum in jugo collis propter fontem, illic hominem collocant, tantum illi quotidie ciborum ferentes quod vitae ſuſtinendae ſatis foret. Caeterum ad canis exortum quum forte meſſoribus haud procul inde metentibus vinum eſſet allatum in fictili ſane quam fragrans, is qui-

εὐώδης. ὁ μὲν κομίσας ἐγγὺς τῶν θεριζόντων καταθεὶς ἐχωρίσθη· τοῖς δ' ὡς ἧκεν ὁ καιρὸς τοῦ πίνειν, ἔθος μὲν ἦν αὐτοῖς ἐκχέουσι κρατῆρα μεθ' ὕδατος συμμέτρου κεραννύναι τὸν οἶνον, ὡς δὲ ἀνελομένου νεανίσκου τὸ κεράμιον, ἐξαιροῦντά τε τὸν οἶνον εἰς τὸν κρατῆρα, συνεξέπεσεν ἔχιδνα νεκρά. δείσαντες οὖν οἱ θερισταὶ μή τι πάθοιεν ἐκ τοῦ πόματος, αὐτοὶ μὲν ὕδατος ἔπιον, ὡς δ' ἀπηλλάττοντο, χαρίζονται δῆθεν ὑπὸ φιλανθρωπίας τῷ τὸν ἐλέφαντα νοσοῦντι τὸν ὅλον οἶνον, ἄμεινον αὐτῷ κρίναντες εἶναι τεθνάναι μᾶλλον ἢ ζῆν τοιούτῳ. ὁ δ' ἐκ τούτου πίνων ὑγιὴς ἐγένετο θαυμαστόν τινα τρόπον. ὅλον γὰρ αὐτοῦ τὸ τοῦ δέρματος ὀχθῶδες ἀπέπεσεν ὡς τῶν μαλακοστράκων ζώων τὸ σκέπασμα. ὅσον δ' ὑπόλοιπον ἦν ἔτι μαλακὸν ἱκανῶς ἐφαίνετο καθάπερ τὸ τῶν καράβων τε καὶ καρκίνων, ὅταν ἀποπέσῃ τὸ πέριξ ὄστρακον. ἕτερον τοιοῦτον ἐξ ὁμοίας περιπτώσεως ἐγένετο κατὰ τὴν ἐν Ἀσίᾳ Μυσίαν, οὐ πόῤῥω τῆς ἡμετέρας πόλεως. ἄνθρωπος ἐλέφαντι κάμνων ἐπὶ χρῆσιν ὥρμησεν ὑδάτων θερμῶν αὐτοφυῶν ὠφελείας ἐλπίδι. πολλακὶς δ'

dem qui attulerat depofito illo prope meffores abiit. Verum ubi ejus bibendi adveniffet tempus, fublato fictili adolefcens, ut pro more impleto cratere competente aqua vinum temperaret, in cratera vinum effundit et una excidit vipera mortua. Quare attoniti meffores veriti ne quod, fi bibiffent, inde fibi malum eveniret, fuam quidem fitim aquae potione fedare maluerunt. Caeterum quum illinc difcederent, prae humanitate videlicet ac mifericordia homini illi elephanti obnoxio vinum largiuntur, rati expedire illi potius mori qaum vivere in ea miferia. At ille ubi bibiffet, admirandum in modum fanitati reftitutus eft. Nam tuberofum illud omne cutis totius non aliter quam animalium a teftis mollitie nuncupatorum malacoftracon tegmen decidit, quod autem reliquum erat molle admodum apparuit, inftar cutis cancrorum et locuftarum, ubi extima tefta fuerit detracta. Alterum quoque ejusmodi non diffimili cafu in Myfia Afiae non procul ab urbe noftra accidit. Vir quidam elephanto laborans profectus eft ad aquarum calidarum fponte nafcen-

ἦν αὐτῷ δούλη νέα τε καὶ καλὴ πολλοὺς ἐραστὰς ἔχουσα, ταύτῃ καὶ ἄλλα μέν τινα τῶν κατὰ τὴν οἰκίαν, ἀτὰρ οὖν καὶ τὰ κατὰ τὸ ταμεῖον ἐπίστευεν ὁ κάμνων. ὡς δὲ καταχθέντων αὐτῶν, ἡνίκ' ἐχρῆτο τοῖς ὕδασιν, ἐν οἰκίᾳ παρακείμενον ἐχούσῃ χωρίον αὐχμηρὸν ἐχιδνῶν μεστὸν, ἐμπεσοῦσά τις αὐτῶν εἰς οἴνου κεράμιον ἀμελῶς κείμενον ἐναπέθανεν, ἕρμαιον ἡγησαμένη τὸ κατὰ τύχην ἐκβὰν ἡ παλλακὴ τῷ δεσπότῃ τὸν ποτὸν ἐκ τούτου προσέφερεν. ὁ δὲ πίνων αὐτὸ τῷ κατὰ τὴν καλύβην ὡσαύτως ὑγιάσθη. δύο μὲν ἤδη σοι ταῦτα διδάγματα τῆς κατὰ τὴν περίπτωσιν πείρας, ἕτερον δ' ἐπ' αὐτοῖς τρίτον ἐξ ἡμετέρας μιμήσεως. ἐπειδὴ γάρ τις νοσῶν τοῦτο τὸ νόσημα φιλοσοφώτερος ἢ κατὰ τοὺς πολλοὺς ἐδυσχέραινέ τε δεινῶς καὶ τεθνάναι βέλτιον ἢ ζῇν ἔφασκεν εἶναι, διακειμένῳ οὕτως ἀθλίως ἐδήλωσα τὰς προειρημένας δύο [297] περιπτώσεις αὐτῶν. ὁ δ', αὐτός τε γὰρ ἦν ἔμπειρος οἰωνῶν ἐχρήσατό τε φίλῳ θαυμαστῶς κατορθοῦντι τὸ μάθημα, καθίσας ἐπ' ὄρνισιν ἅμ' ἐκείνῳ προὐ-

vero ex ſiccitate nimia obvenerit convulſio, ſcito hoc medicamentum illic eſſe adverſiſſimum. Ad eundem modum iis qui prae plenitudine tremunt utiliſſimum, adverſiſſimum vero iis quibus id accidit ab inanitione. Ad portionem modo dictorum affectuum, ubi ſingultus evenerit ſtomachi, perſcrutato prius inventoque illius affectu ac diſcreto, ſiquidem a plenitudine ipſum aegroti perpetiantur, ad caſtorei uſum accedito, ſin autem a ſiccitate et evacuatione aut acrium humorum morſu provenerit, medicamentum hoc fugito. Sane ſi odori guſtuique advertas animum, ſuſpicaberis humano corpori adverſiſſimam habere ſubſtantiam, tametſi in uſu nihil efficere comperiatur eorum quae talia facere aſſolent. Siquidem alia ſtomachum vitiant, alia ventrem, alia caput, alia aliam quamvis partem laedunt, at hoc medicamentum ſive corpori humido applices reſiccationem poſcenti, ſive frigido calefactionem, ſive humido ſimul frigidoque calefactionem pariter et reſiccationem requirenti, magnam utique experiere commoditatem, nec ullam parti cuiquam noxam afferet, po-

προστρίβεται μορίῳ, καὶ μάλισθ᾽ ὅταν ἀπύρετος ὁ ἄνθρωπος ᾖ, καὶ τῶν πυρεσσόντων δὲ μὴ πάνυ θερμῶς, ἀλλ᾽ ὡς ἂν εἴποι τις χλιαρὸν πυρετὸν, οἷος ἐν καταφοραῖς μάλιστα καὶ ληθάργοις γίγνεται. πολλοῖς μὲν πάνυ τὸ καστόριον ἐδώκαμεν, ἅμα μὲν πέπερι λευκῷ κοχλιαρίου πλῆθος ἑκατέρου διὰ μελικράτου ποτίζοντες, ἐβλάβη δ᾽ οὐδεὶς οὐδὲν, ἀλλὰ καταμηνίων ἐπεχομένων προκενώσας ἀπὸ σφυροῦ μετρίως, εἶτα διδοὺς καστόριον μετὰ γλήχωνος ἢ καλαμίνθης, ἐπειράθην ἀεὶ τοῦ φαρμάκου κινοῦντος κάθαρσιν, ἄνευ τοῦ βλαβῆναί τι τὴν ἄνθρωπον. ἐκβάλλει δὲ καὶ χόρια κατεσχημένα. ταῦτα μὲν οὖν ἅπαντα διὰ μελικράτου πινόμενον ἐργάζεται. τοὺς δὲ ἐμπνευματουμένους τὴν γαστέρα δυσιάτως ἢ στροφουμένους ἢ λύζοντας, ἐπὶ ψυχροῖς καὶ γλίσχροις χυμοῖς ἢ παχεῖ καὶ φυσώδει πνεύματι, δι᾽ ὀξυκράτου πινόμενον ὀνίνησιν· ὅσα δὲ εἴσω τοῦ σώματος λαμβανόμενον ὠφελεῖ, ταῦτα καὶ κατὰ τοῦ δέρματος ἐπιτιθέμενον ἅμα σικυωνίῳ ἢ παλαιῷ ἐλαίῳ. τὰ δὲ πλείονος θερμότητος δεόμενα καὶ ἀνατρίβειν προσήκει δι᾽ ἑαυτοῦ. ὠφελεῖ δὲ καὶ εἴ τις

tiſſimum ſi febri vacet aut non admodum calidam perpetiatur homo febrim, ſed ut ſic dicam tepidam, qualis accidit in cataphoris maxime et lethargis. Ac multis ſane caſtorium exhibuimus una cum pipere albo, utrumque menſura cochlearii ex melicrato bibendum praebentes, nec quisquam ullam ſenſit noxam. Sed et menſibus retentis, ubi per venam, quae in talo eſt modice evacuaſſem oblato caſtorio una cum pulegio aut calamintha, ſemper medicamentum hoc expertus ſum purgationem ciere absque foeminae laeſione. Praeterea ſecundas morantes ejicit, eaque omnia ex melicrato potum efficit. At quibus ita venter ſtatu distenditur, ut aegre curationem admittat, itaque torminibus vexatur, atque ſingultu idque ob frigidos craſſosque humores aut craſſos flatulentosque ſpiritus, eos ex oxycrato potum adjuvat. Quae porro juvat in corpus intro ſumptum, iis prodeſt quoque cuti impoſitum cum ſicyonio aut veteri oleo, quae vero ampliori caliditate indigent, iis etiam per ſeſe infricari debet. Juvat etiam ſi quis ſuffitum ejus in

Ed. Chart. XIII. [305.] Ed. Bas. II. (145. 146.)

ἐπ' ἄνθραξιν αὐτὸ θυμιῶν ἀρύη διὰ τῆς εἰσπνοῆς, καὶ μάλιστα τὰ κατὰ τὸν πνεύμονα καὶ ἐγκέφαλον ὑγρὰ καὶ ψυχρὰ πάθη. τά γε μὴν ληθαργικὰ καὶ καταφορικὰ πάντα πάθη μετὰ πυρετῶν ἄμεινον οὐ τῶν εἰρημένων ἐλαίων τινὶ δεύοντας θεραπεύειν, ἀλλὰ διὰ ῥοδίνου μᾶλλον ἐπιτιθέναι τῇ κεφαλῇ καὶ τῷ αὐχένι.

(146) [ιστ'. *Περὶ νεφρῶν σκίγκων.*] Τὰ περὶ τοὺς νεφροὺς τῶν σκίγκων ὡς ἐντατικὰ αἰδοίων πίνεται καὶ ἀντιπεπονθέναι γε αὐτοῖς δοκεῖ, μάλιστα θρίδακος σπέρμα μεθ' ὕδατος πινόμενον. ἔνιοι δὲ καὶ τὸ τῶν φακῶν ἀφέψημα μετὰ μέλιτος πινόμενον παύειν φασὶ τὰς ἐντάσεις.

[ιζ'. *Περὶ ὀνύχων αἰγείων καὶ ὀνείων.*] Ὄνυχας αἰγῶν ἔνιοι καυθέντας, εἶτα τὴν τέφραν ὄξει δεύοντες ἀλωπεκίας καταχρίουσιν, ὥστ' εἴη ἂν καὶ ἡ τοιαύτη τέφρα λεπτυντικῆς δυνάμεως. ἔνιοι τοὺς τῶν ὄνων ὄνυχας καυθέντας ἐπιλήπτους φασὶ θεραπεύειν, εἰ πίνοιντο συνεχῶς, ἐλαίῳ δὲ φυραθέντας χοιράδας διαφορεῖν· ἐπιπαττομένην δὲ τὴν αὐτὴν τέφραν ξηρὰν ἰᾶσθαι τὰ χίμεθλα.

prunis impositi inspiratione hauriat, maxime affectus humidos et frigidos in pulmone aut capite consistentes. Attamen lethargicos et cataphoricos affectus omnes, qui quidem adjunctam habent febrem, praestat non dictorum oleorum quopiam macerantes curare, sed potius ex rosaceo capiti colloque imponere.

[16. *De renibus scincorum.*] Renes scincorum bibunt quidam tanquam pudenda intendentes, quorum contrarium accidere videtur maxime semine lactucae poto ex aqua. Sed et quidam lenticularum decoctum cum melle bibitum intensiones sedare referunt.

[17. *De unguibus caprarum et asinorum.*] Quidam ungues caprarum deustos moxque aceto perfusos alopeciis illinunt. Itaque fuerit et talis cinis facultatis extenuatoriae. Sunt autem qui combustos asinorum ungues comitialem morbum curare dicant, si scilicet assiduo bibantur, si vero oleo macerentur, strumas digerere, sed et ipsum cinerem, si siccus inspersus fuerit, sanare perniones.

[ιη'. Περὶ ὀστῶν κεκαυμένων.] Ὀστᾶ κεκαυμένα διαφορητικῆς καὶ ξηραντικῆς ἱκανῶς ἐστι δυνάμεως, μάλιστα δέ φασιν ἔνιοι τὰ τῶν ἀνθρώπων δύνασθαι τοῦτο. τόν γε μὴν ὕειον ἀστράγαλον κεκαυμένον, εἶτα πινόμενον, ἐμπνευματώσεις καὶ στρόφους ἔφασαν θεραπεύειν. ἔγνων δέ τινας τῶν καθ' ἡμᾶς ἀνθρώπων ὀστᾶ κεκαυμένα ποτίζοντας, μὴ γινωσκόντων τῶν πινόντων ὅ τι πίνουν, ὅπως μὴ μυσάττοιντο, πολλῶν ἐπιληψίαν τε καὶ ἀρθρῖτιν ἐκτεθεραπευκέναι.

[306] [ιθ'. Περὶ γήρως ὄφεως.] Γῆρας ὄφεως ἔγραψάν τινες ἀναζεσθὲν ἐν ὄξει θεραπεύειν ὀδονταλγίας.

[κ'. Περὶ δέρματος προβάτου.] Δέρμα προβάτου νεωστὶ ἐκδεδαρμένον περιτεθὲν τοῖς μεμαστιγωμένοις ὁπωσοῦν ἐναργῶς ὠφελεῖ πάντων ἑτέρων μᾶλλον, ὡς ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ καὶ νυκτὶ θεραπεύειν αὐτούς· συμπέπτει τε γὰρ καὶ διαφορεῖ τὰ ὕφαιμα.

[κα'. Περὶ ἵππων λειχήνων.] Λειχῆνας ἵππων λειωθέντας σὺν ὄξει γεγράφασί τινες ἐπιληψίας θεραπεύειν, ἔνιοι δὲ καὶ πρὸς παντὸς θηρίου δῆγμα συμβουλεύουσι χρῆσθαι.

[18. *De offibus uftis.*] Offa combufta admodum digerentem exiccantemque vim obtinent, et id maxime, ut quidam afferunt, humana. Certe talum fuillum combuftum ac deinde bibitum inflationes et tormina fanare dixerunt. Novi autem noftratium quosdam offa combufta potui exhibuiffe, haud fcientibus qui biberent quidnam bibiffent, ne fcilicet averfarentur, ac multorum tum epilepfiam tum arthritim curaffe.

[19. *De fenecta ferpentis.*] Senectam ferpentis fcripfere quidam in aceto bullitam dentium mederi doloribus.

[20. *De pelle ovina.*] Pellis ovina recens detracta circumpofita iis, qui quocunque modo fuerint verberati, omnium luculentiffime adjuvat, adeo ut die ac nocte una illos curet; concoquit enim et digerit quae fub cute fanguinem habent.

[21. *De equorum lichenibus.*] Equorum lichenas cum aceto tritas comitiales curare fcriptum quibusdam eft, alii vero et ad cujusvis ferae morfum adhiberi confulunt.

[κβ'. Περὶ ἀράχνης ὑφάσματος.] Ἀράχνης ὕφασμα γράφουσί τινες ἀφλέγμαντα φυλάττειν τὰ ἐπιπολῆς ἕλκη.

[κγ'. Περὶ δερμάτων παλαιῶν.] Δέρματα παλαιὰ τὰ ἀπὸ τῶν καττυμάτων καυθέντα πρὸς τὰ ἐκ τῶν ὑποδημάτων ἐκθλίμματα γεγράφασιν ἁρμόττειν, ὡς δῆθεν ἀντιπαθείᾳ τινὶ τοῦτο ποιοῦντα. φλεγμαίνοντα μὲν οὖν οὐκ ὠφελεῖται, παυσαμένης δὲ τῆς φλεγμονῆς εἰκότως ὠφελεῖται ξηραινόμενα· ξηραντικὴ γὰρ ἡ τοιαύτη τέφρα. καὶ ἡμεῖς ἐχρησάμεθά ποτε κατὰ ἀγρὸν αὐτῇ πρός τι τοιοῦτον ἐκ παρατρίμματος ἕλκος. θεραπεύει δ' εἰκότως ἡ τοιαύτη τέφρα καὶ τὰ πυρίκαυτα τῶν ἑλκῶν καὶ τὰ καλούμενα παρατρίμματα κατὰ τοὺς μηροὺς γινόμενα.

[κδ'. Περὶ ὀστρείων.] Ὄστρεια καλοῦσιν ἔνιοι πάντα τὰ ὀστρακόδερμα πρὸς Ἀριστοτέλους ὀνομασθέντα. τὸ δ' ὑπὸ τῶν πολλῶν ὄστρεον ὀνομαζόμενον, ἐν τῇ δευτέρᾳ συλλαβῇ χωρὶς τοῦ ι λεγόμενον, εἶδος ἕν τι τῶν ὀστρείων τίθενται, περιλαμβάνοντες ἐν τῷ παντὶ γένει καὶ κήρυκας καὶ

[22. *De tela aranei.*] Aranei telam fcribunt quidam a phlegmone tueri fummae cutis ulcera.

[23. *De coriis veteribus.*] Coria vetera quae videlicet veteramentorum funt ufta, ad attritiones commodari calceamentorum fcriptum a quibusdam eft, tanquam fcilicet hoc faciant ex antipatheia quadam. Certe quae phlegmone obfidentur, haudquaquam juvantur, verum ubi fedata fuit phlegmone, non injuria juvantur, nempe quia reficcantur, eft enim talis cinis reficcatorius. Ac nos fane quandoque in agro ad ulcus ejusmodi ex attritione fumus ufi. Curat autem talis cinis non abs re ulcerum ambufta et quae vocantur intertrigines in feminibus exiftentes.

[24. *De oftreiis.*] Oftreia quidam nuncupant omnia teftacea ab Ariftotele appellata. At quod a plerisque vocatur oftreon, fecunda fyllaba absque i fcripta, unam effe oftreiorum fpeciem conftituunt, in toto genere comprehen-

πορφύρας καὶ χήμας καὶ πίνας ἅπαντά τε τὰ παραπλήσια, ἐφ' ὧν ἐφεξῆς ἐρῶ.

[κε'. Περὶ κηρύκων καὶ πορφυρῶν.] Κηρύκων καὶ πορφυρῶν τὸ ὄστρακον, ἐπειδὴ σκληρότατόν ἐστιν, οὐδέποτ' αὐτῷ χωρὶς καύσεως κέχρημαι. καυθὲν μέντοι ξηραντικῆς ἐστι δυνάμεως, ἀκριβῶς δ' αὐτὸ χρὴ λειοῦν, ὡς χνοῶδες γίνεσθαι, κόψαντα δηλονότι τι καὶ σήσαντα πρότερον. ἔστω δέ σοι τοῦτο κοινὸν ἐπὶ πάντων τῶν λιθώδη καὶ ὀστρακώδη τὴν οὐσίαν ἐχόντων. εἰ μὴ γὰρ ἀκριβῶς λειωθείη, παραπλήσια ταῖς ψάμμοις ἐστί. καὶ αὐτὸ δὲ καθ' αὐτὸ λειωθέντων αὐτῶν τὸ γινόμενον ἄλευρον ἕλκεσι κακοήθεσιν ἁρμόττει. κοινὸν δὲ καὶ τοῦτ' αὐτὸ πάντων ἐστὶ τῶν ξηραινόντων ἰσχυρῶς, ἄνευ τοῦ δάκνειν ἐπιφανῶς· ἐρεθίζοντα γὰρ ἐκεῖνα ῥευμάτων αἴτια γίνεται. καὶ ἄλλο δέ τι κοινὸν ὑπάρχει τοῖς τοιούτοις ἅπασι, μετ' ὀξυκράτου γὰρ ἢ ὄξους ἢ οἰνομέλιτος ἢ ὀξυμέλιτος ἐπιτήδεια τοῖς σηπεδονώδεσιν ἕλκεσι γίγνεται. διὰ τοῦτο καὶ οἱ λίθοι πάντες εἰς τοιαύτην ἀγόμενοι χρείαν οἱ μὲν μᾶλλον, οἱ δ' ἧττον, ἅπαντες δ' αὖ ὠφελοῦσι.

dentes et buccina et purpuras et chamas et pinas et similia omnia, de quibus deinceps dicam.

[25. *De buccinis et purpuris.*] Buccinorum purpurarumque testa, quandoquidem durissima est, nunquam absque ustione utor, atque usta quidem desiccandi vim admodum possidet. Caeterum ad unguem eam laevigare planeque pollinis in modum necesse est, tundendo scilicet et cribrando prius. Quod tibi commune sit in omnibus lapidosis testaceisque substantiis praeceptum; nam nisi exacte laevia sint reddita, arenis similia sunt. Per se autem illarum tritarum farina ulceribus malignis competit. Id quod ipsum quoque commune est omnium quae citra insignem morsum desiccant vehementer, quippe quum alioqui fluxionum causa existant. Sed et aliud est omnium id genus commune, nempe ut cum aceto aut oxycrato aut oenomelite aut oxymelite idonea sit ulceribus putrescentibus. Idcirco lapides omnes ubi ad eum usum applicantur, aliis magis, aliis minus, certe omnes conferunt.

[307] [κστ΄. Περὶ ὀστρέων.] Ὀστρέων τὸ ὄστρακον καυθὲν ὁμοίας ἐστὶ δυνάμεως τῷ τῶν κηρύκων ὀστράκῳ, καὶ μᾶλλον ἔτι λεπτομερεστέρας, ἀσφαλέστερον δ᾽ εἰπεῖν, ἧττον παχυμεροῦς. ἅπαντα γὰρ γεώδη καὶ σκληρὰν τὴν τοῦ σώματος ἔχοντα σύστασίν τε καὶ πῆξιν ἱκανῶς ἐστι παχυμερῆ, διὸ καὶ λειοῦν ἐπιμελῶς αὐτὰ προσήκει. ὅταν οὖν ποτ᾽ εἴπωμεν ἕτερον ἑτέρου τούτων εἶναι λεπτομερέστερον, οὕτως ἀκούειν χρὴ τῆς λέξεως, ὡς εἰ καὶ τὸν Ὀδυσσέα φαίημεν εἶναι τοῦ Θερσίτου μείζονα, μικρῶν ἀμφοτέρων ὄντων, ἢ τὸν Αἴαντα τοῦ Ἀχιλλέως μικρότερον, ἀμφοῖν καὶ τούτων μεγάλων ὄντων. ἔχει δ᾽, ὡς εἴρηται καὶ πρόσθεν, ἅπαντα τὰ τοιαῦτα τῆς συνακτικῆς τι δυνάμεως ἐν ἑαυτοῖς, δι᾽ ἣν καὶ πιληθείσης αὐτῶν τῆς οὐσίας σκληρὰ καὶ γεώδη γέγονεν, ὃ διὰ τῆς καύσεως ἀποβαλόντα τὴν ἐναντίαν ἐπικτᾶται δύναμιν, ἣν διαφορητικὴν ὀνομάζομεν. εἰ δὲ πλύναις αὐτὰ καὶ καύσαις, τὸ μὲν οἷον ἐμπύρευμα πᾶν ἐναποτίθεται τῷ ὕδατι, καὶ τοῦτό γ᾽ ἐργάζεται θερμαῖνον λεπτομερῶς, ὡς καὶ σήπειν ἐνίοτε. τὸ δὲ ὑπόλοιπον ἄδηκτον γίγνεται γεῶδες, ὃ

[26. *De oſtreis.*] Oſtreorum teſta uſta ſimilis eſt facultatis buccinorum teſtis, tametſi etiam tenuioris, imo ut certius veriusque dicam, minus craſſae. Nam terreſtrem duramque corporis ſortita conſiſtentiam concretionemque, impendio omnia craſſarum ſunt partium. Itaque accurate ea laevigare neceſſe eſt. Quamobrem quum dicimus horum aliud alio eſſe tenuius, ita inaudienda dictio eſt, tanquam ſi Ulyſſem Therſite dicamus majorem, quum uterque tamen fuerit parvus, aut Ajacem Achille minorem, quum ambo itidem fuerint magni. Caeterum omnia id genus, ut antea eſt dictum, cogendi quandam in ſe facultatem obtinent, per quam condenſata eorum eſſentia dura terreſtriaque ſunt reddita, quam ubi per uſtionem depoſuerint, contrariam aſciſcunt facultatem, quam vocant digerentem; porro ſi uſſeris ea laverisque, ignea tota natura in aquam depoſita, ipſam efficiunt cum tenuitate calefacientem, adeo ut et interdum putrefaciat, reliquum vero terreum morſus ſit ex-

μάλιστά ἐστιν ἐπὶ τῶν ὑγρῶν ἑλκῶν χρήσιμον, εἰς πλήρωσίν τε καὶ συνούλωσιν. τῷ δ' οὖν ὀστράκῳ τῶν ὀνομαζομένων ἰδίως ὀστρέων κεκαυμένῳ χρῶμαι πρὸς τὰς ἐκ ῥευμάτων χρονίας καὶ δυσσαρκώτους κοιλότητας, ὅσαι συραγγώδεις εἰσὶ καὶ βαθεῖαι, περιτεθεὶς ἔξωθεν αὐτὸ μετὰ παλαιοῦ στέατος ὑείου. καλεῖται δ' ὑπὸ τῶν πολλῶν ἀξούγγιον τοῦτο. καὶ εἴς γε τὸν κόλπον αὐτὸν ἐμβάλλω τι τῶν τὰ τοιαῦτα σαρκούντων, οἷόν ἐστι καὶ τὸ κεκαυμένον διφρυγὲς, ὃ καλοῦσι σπεκάριον. ὁμοίας δὲ κατὰ γένος ἐστὶ δυνάμεως καὶ τὰ τῶν ἄλλων ὀστρακοδέρμων ὄστρακα καυθέντα, μάλιστα δ', ὡς ἔφην, τὸ τῶν ὀστρέων, εἶτα τῶν κηρύκων τε καὶ πορφυρῶν. μίγνυταί τε οὖν ἐμπλαστικαῖς δυνάμεσι διαφορητικαῖς ἡ τοιαύτη τέφρα καὶ μετὰ στέατος ἅπαντος διαφορεῖ. τῷ δ' εἶναι διαφορητικώτερον τὸ παλαιὸν ἐκείνῳ μᾶλλον μίγνυται. δριμύτερον δὲ τοῦ προσή(147)κοντος γίνεται τὸ φάρμακον, εἰ τῶν δριμέων τι μίξειας αὐτῷ στεάτων, ὑπὲρ ὧν ἔμπροσθεν διωρισάμην. ἀλλὰ καὶ λαμπρύνει τοὺς ὀδόντας ἡ τῶν τοιούτων ἁπάντων τέφρα, οὐ

pers, id quod maxime implendis cicatriceque claudendis ulceribus humidis est utile. Igitur testa eorum quae peculiariter vocantur ostrea, combusta utor ad diuturnas ex fluxione aegreque carne implebiles cavitates, nempe quae fistulosae sunt atque profundae, eam foris cum suillo adipe veterato circumponens, id vulgo axungiam nuncupant. At in sinum ipsum aliquid eorum quae talia carne implent immitto, quale aes ustum diphryges, quod specarium nominant. Parem in genere facultatem habent et caeterorum ostracodermorum testae deustae, maxime vero, ut dixi, ostreorum, deinde buccinorum et purpurarum. Itaque cinis ejus generi emplasticis miscetur facultatibus digerentibus et cum quovis adipe digerit. Verum quoniam inveteratus efficacius digerit, illi magis misceri solet. Porro potentius hoc medicamentum digeret, si acrem illi adipem quempiam miscueris, de quibus superius determinatum est. Quin et dentes splendidiores talium omnium cinis efficit, non tan-

μόνῳ τῷ ῥυπτικῷ τῆς δυνάμεως, ἀλλὰ καὶ τῷ τῆς οὐσίας τραχεῖ, καθάπερ ἡ κίσσηρίς τε καὶ τὸ τῶν κλιβάνων ὄστρακον. ἐν μὲν οὖν τῇ τοιαύτῃ χρήσει πάνυ σφόδρα λειοῦν οὐκ ἀναγκαῖόν ἐστι τὰ οὕτω καυθέντα, τοῖς δὲ κακοήθεσιν ἕλκεσιν ἐπὶ πάντων ἀκριβῶς προλειώσεις. καὶ τὰ ὑπερσαρκοῦντα δὲ μετρίως καθαιρεῖ καὶ προστέλλει. μετά γε μὴν ἁλῶν πάντα τὰ τοιαῦτα καυθέντα ποιεῖ μὲν καὶ τὸ τῶν ὀδόντων σμῆγμα δραστικώτερον, ὡς τὰ πλαδαρὰ τῶν οὔλων ξηραίνειν, ἀλλὰ καὶ τὰ σηπεδονώδη τῶν ἑλκῶν ὠφελεῖ.

[κζ. Περὶ σηπίας.] Ἱκανῶς τὸ σηπίας ὄστρακον χαῦνόν ἐστιν, οὐχ ὥσπερ τὰ τῶν ὀστρείων λιθώδη. τὸ μὲν οὖν ῥύπτειν, ὥσπερ καὶ τἄλλα τῶν ὀστρακοδέρμων ὄστρακα, κοινὸν αὐτῷ πρὸς ἐκεῖνα, καθάπερ γε καὶ τὸ ξηραίνειν. τὸ δὲ τῆς οὐσίας λεπτομερὲς ἐξαίρετον αὐτῷ παρὰ τἄλλα ὑπάρχει, διὸ καὶ καυθέντι χρώμεθα πρὸς ἀλφοὺς ἔφηλίν τε καὶ φακοὺς καὶ ψώρας. ἀλλὰ καὶ τοῖς ὀρυκτοῖς ἁλσὶ μιχθὲν ἀποτήκει τὰ κατ᾽ ὀφθαλμοὺς γινόμενα πτερύγια. καὶ πρὶν καυθῆναι δὲ ὀπτώμενόν τε καὶ λειούμενον ὀδόντας τε λαμπρύ-

tum extergendi potentia, fed et afperitate fubftantiae, velut et pumex et tefta clibani. Verum in ufu ejusmodi non eft neceffe, quae fic ufta funt admodum laevigare, at in ulceribus rebellibus prae omnibus diligenter funt laeviganda ac infpergenda. Porro excrefcentiam carnis mediocriter exterunt comprimuntque. Ad haec cum fale omnia id genus ufta dentium fmegma reddunt efficacius, adeo, ut non modo laxitatem mollitiemque gingivarum deficcet, verum etiam ulcera putrefcentia adjuvet.

[27. *De fepia.*] Sepiarum tefta admodum laxa eft, non ut oftreorum lapidofa. Itaque abfterfio quidem illi cum aliis oftracodermorum teftis communis eft, velut etiam deficcatio, caeterum partium tenuitas eximia illi prae caeteris ineft. Quocirca ufta ea utimur ad vitiligines, ephelin, lentes, pforas. Quin et foffili fali mixta, in oculis exiftentes ungues eliquat. Et antequam uratur, contrita et laevigata dentibus fplendorem affert, ulceraque deficcat. Porro

νει καὶ ξηραίνει τὰ [308] ἕλκη. τῷ συμμέτρῳ αὐτοῦ τῆς τραχύτητος καὶ πρὸς τὰς ἐν ὀφθαλμοῖς μεγάλας τραχύτητας, ἃς καλοῦσιν συκώσεις, εἰώθαμεν χρῆσθαι, διαγλύφοντες ἐξ αὐτοῦ παραπλήσιόν τι κολλυρίῳ κατὰ τὸ σχῆμα καὶ ἀνατρίβοντες αὐτὰς ὡς αἱμάξαι. τούτου γὰρ γενομένου καὶ τὰ καθαιρετικὰ τῶν κολλυρίων ἄμεινον ἐπ᾽ αὐτῶν ἐνεργεῖ.

[κη'. *Περὶ πωμάτων πορφυρῶν.*] Πώματα πορφυρῶν δι᾽ ὄξους ποθέντα σπλῆνας οἰδαλέους ἔγραψάν τινες ἰᾶσθαι, θυμιώμενα δὲ τὰς πνιγομένας ὑστερικῶς ὠφελεῖν ἐκβάλλειν τε τὰ κατεχόμενα χόρια.

[κθ'. *Περὶ ἐρίων οἰσυπηρῶν.*] Ἔρια τὰ μὲν ἔτι ῥυπαρὰ, καὶ διὰ τοῦτο καλούμενα πρός τινων οἰσυπηρὰ, χρησίμως δέχεται τὰς κατὰ τῶν τεθλασμένων ἢ ὁπωσοῦν πεπληγότων μορίων ἐπιβροχὰς, συνεργαζόμενα πρὸς τὴν ἐξ αὐτῶν ὠφέλειαν διὰ τὸν οἴσυπον. τὰ δὲ πεπλυμένα καὶ μηκέτι ἔχοντα τὸν οἴσυπον ὕλη τις ἐπιτήδειος γίνεται πρὸς τὸ δέξασθαι τὰς ἐπιβρεχομένας ὑγρότητας. καυθέντα δὲ δύναμιν

hoc nomine, quod mediocrem obtinet asperitatem adhibemus eam et ad ingentes oculorum asperitates, quas sycoseis appellare consuevimus. Nam exculpentes ex ea quiddam ipsa figura simile collyrio, eo illas confricamus, donec sanguinem reddere incipiant, quo facto collyria cathaeretica sive detrahentia praestantius affectum suum in illas exerunt.

[28. *De operculis purpurarum.*] Opercula purpurarum quidam memoriae prodiderunt ex aceto bibita lienes turgidos sanare et suffitu eas, quae uteri suffocatione periclitantur, juvare, praeterea retentas ejicere secundas.

[29. *De lana succida.*] Lana sordida, ac proinde a quibusdam appellata succida, idonee excipit irrigationes, quae adhibentur contusis aut quomodocunque percussis particulis, ut quae utilitatem ex illis proficiscentem promoveat, idque propter oesypon. Lota vero nec amplius oesypon habens, apta quaedam materia fit humoribus qui irrigantur excipiendis. Porro usta vim habet acrem pariter et

ἔχει δριμεῖάν τε καὶ θερμὴν ἅμα λεπτομερείᾳ, ὥστε καὶ τὰς πλαδαρὰς σάρκας ἐπὶ τῶν ἑλκῶν ἀποτήκειν τάχιστα. βάλλεται δὲ καὶ εἰς φάρμακον ξηραντικὸν, καῖε δ' αὐτὰ καθάπερ καὶ τῶν ἄλλων τὰ πλεῖστα, χύτραν καινὴν πληρῶν, εἶτα πωμάζων ὀπὰς πλέονας ἔχοντι πώματι.

[λ'. Περὶ τριχῶν κεκαυμένων.] Τρίχες κεκαυμέναι παραπλησίως τοῖς κεκαυμένοις ἐρίοις θερμαντικῆς τε καὶ ξηραντικῆς ἱκανῶς εἰσι δυνάμεως.

[λα'. Περὶ τῆς τῶν ᾠῶν δυνάμεως.] Ἀκόλουθον ἂν εἴη τῇ περὶ τῶν μορίων διδασκαλίᾳ καὶ περὶ τῶν ᾠῶν εἰπεῖν, ἀλλαχόθι γὰρ αὐτῶν οὐκ ἔχω μνημονεῦσαι. μέρη μὲν οὖν τῶν ζώων οὐκ ἔστι τὰ ᾠὰ, καθάπερ οὐδὲ τῶν δένδρων ὁ καρπὸς, οὐδὲ τῶν κυουσῶν τὰ ἔμβρυα, τοῖς δ' ἐπιφυομένοις ἀνάλογον ἔχει. φαίνεται δὲ τῶν ἐπιφυομένων τὰ μὲν οἰκεῖα πάντῃ ταῖς φύσεσιν τῶν φυτῶν ἢ ζώων εἶναι, τὰ δ' οὐ πάντῃ τοιαῦτα, καθάπερ ὁ ἰξὸς ὁ ἐπιφυόμενος ταῖς δρυσὶν, οὐδ' ἁπλῶς εἴ τι τοῖς δένδροις ἑτερογενὲς ἐπιφύεται δένδρον ἢ θάμνος ἢ καρπὸς ἢ πόα ἢ ὅλως ἐκβλάστημά τι,

calidam una cum partium tenuitate. Itaque molles nimiumque humidas ulcerum carnes celerrime eliquat. Inditur et in medicamenta deſiccatoria. Urito eam tanquam alia plurima, ollam implens novam, quam tegat operculum multis foraminibus pertuſum.

[30. *De pilis uſtis.*] Pili uſti ſimiliter ut uſta lana calefacientis deſiccantisque admodum ſunt facultatis.

[31. *De ovorum facultate.*] Conſequens fuerit ad partium doctrinam de ovis diſſerere, nam alibi eorum meminiſſe non licet. Sane ova partes non ſunt animalium, ceu nec arborum fructus, nec gravidarum foetus, verum proportione reſpondet iis quae agnaſcuntur. Itaque eorum quae agnaſcuntur quaedam plane familiaria propriaque conſpiciuntur tum plantarum tum animalium naturis, quaedam non omnino talia, ut viſcum, quod agnaſcitur quercubus, et ut ſemel dicam ſi qua arboribus alterius generis arbor, frutex, fructus, herba, aut omnino germen quod-

καθάπερ οἱ μύκητες. ἐκ δ' οὖν τῶν οἰκείων ἐστὶ καὶ τὸ ἔριον ἐπὶ τῶν προβάτων καὶ αἱ τρίχες ἐπὶ τῶν ἄλλων ζώων, καὶ τὰ κέρατα δὲ τὰ ἀποπίπτοντα καὶ πάλιν φυόμενα, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἀῤῥένων ἐλάφων, ἐκ τούτου τοῦ γένους ἐστί. τὰ δὲ κυούμενα τοῖς καρποῖς ἀνάλογον ἔχει, διαδοχῆς ἕνεκα τοῦ γένους ὑπὸ τῆς φύσεως γινόμενα. τούτων ἕν τι καὶ τὸ ὠόν ἐστιν, ἕνεκα τῆς τοῦ γένους διαμονῆς γεγονός. ἔστι δὲ καὶ ὡς τροφὴ χρήσιμον, ἀλλὰ νῦν οὐ πρόκειται περὶ τροφῆς λέγειν. ὅσα τοίνυν ὡς φάρμακα ἐνεργεῖ, ταῦτ' εἰρήσεται κατὰ τόνδε τὸν λόγον, ἐξ ὀλίγων τῶν κατὰ μέρος χρήσεων εὑρισκόντων ἡμῶν τὴν δύναμιν αὐτοῦ, κατά τε τὰ μόρια καὶ τὴν ὅλην οὐσίαν, ἐμάθομεν γὰρ ὅπως εὑρεθείσης τῆς καθόλου δυνάμεως ἑκάστου τῶν ὄντων ἐπὶ πολλὰς κατὰ μέρος χρήσεις ἄγειν αὐτὴν δυνάμεθα. προμεμαθήκαμεν δὲ καὶ ὅπως ἐκ μιᾶς [309] ἢ δευτέρας πείρας ἐστὶ περὶ τῆς καθόλου δυνάμεως συλλογίσασθαι. τὸ μὲν οὖν λευκὸν καὶ λεπτὸν τῶν ὠῶν, ᾧ καὶ πρὸς τὰς ὀφθαλμίας χρώμεθα, τῶν ἀδηκτοτάτων ἐστὶ φαρμάκων, οὐδ' ἀποτυχίαν εἶχον ἐκ δυσ-

piam, ut fungi, agnafcantur. Ex familiaribus autem eft et ovium lana et aliorum animalium pili, et cornua quae decidentia denuo recrefcunt, ut in mafculis cervis, ex hoc funt genere. Conceptus autem five foetus fructibus proportione refpondent, nimirum ad generis propagationem a natura creati. Ex his unum eft et ovum factum ad generis fucceffionem perpetuitatemque. Caeterum utile eft et tanquam nutrimentum, verum de nutrimento non eft nunc inftitutum differere. Proinde quae tanquam medicamentum efficere poteft, ea hoc loco recenfebo, ex pauculis ufibus particularibus vim ejus exquirens tum in partibus, tum in tota fubftantia. Siquidem quo pacto inventa rerum cujusque generali facultate ad multos eam ufus particulares ducere poffimus didicimus. Infuper docti jam fumus, quomodo ex uno alterove experimento de generali facultate liceat colligere. Igitur ovorum album et tenue illud, quo item ad ophthalmias utimur, ex numero eft medicamentorum minime mordicantium, nec unquam effectu fruftratus

κρασίας τοιαύτης, οἵαν ἔχει τὸ γάλα πολλάκις, ὡς ἔμπροσθεν ἐδείκνυμεν ἐπὶ τῶν ἠπεπτηκότων ζώων ἢ ὑπερπεπεινηκότων ἢ ὑπερδεδιψηκότων ἢ μοχθηροῖς ἐδέσμασι κεχρημένων, ἃ δὴ καὶ μᾶλλον ἐπὶ γυναικῶν εἴωθε γίνεσθαι διὰ τὴν τῆς διαίτης πλημμέλειαν. τὰ δ' ὠὰ μίαν μόνην ἐπιδέχεται μοχθηρίαν τὴν ἐκ τῆς παλαιότητος, ἣν ῥᾷστον φυλάττεσθαι τοῖς προσφάτοις χρώμενον. ἔστι δὲ συνηθέστατον ἡμῖν εὐποριστώτατόν τε τὸ τῶν ἀλεκτορίδων, καὶ διὰ τοῦτο αὐτῷ χρώμεθα μὴ δεόμενοι τῶν ἄλλων, καίτοι τὴν αὐτὴν ἐχόντων φύσιν. τῇ κράσει δ' ἐστὶ ψυχρότερον τοῦ συμμέτρου. χρηστέον οὖν τῷ λευκῷ τῶν ὠῶν οὐ μόνον ἐπὶ τῶν ὀφθαλμῶν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ὅσα τῶν ἀδηκτοτάτων δεῖται φαρμάκων, ὡς τὰ καθ' ἕδραν τε καὶ αἰδοῖον ἕλκη κακοήθη πάντα. μίγνυται δὲ χρησίμως καὶ τοῖς τὰς ἐκ μηνίγγων αἱμοῤῥαγίας ἐπέχουσι φαρμάκοις, ἅπερ ἐστὶν ἀδήκτως ἐμπλαττόμενά τε καὶ στύφοντα. καὶ πρὸς τὰ κακοήθη δὲ τῶν ἑλκῶν μίγνυται τοῖς ξηραίνειν ἀδήκτως ταῦτα πεφυκόσιν, ὁποῖόν ἐστι

fum ex ulla tali intemperie qualem habet faepe lac, uti ante oftendimus, in animalibus cruditatem perpetientibus, aut nimiam famem fitimve, aut quae cibis pafta funt pravis, quae fane frequentius evenire folent mulieribus, ob victus videlicet vitaeque errorem. At ova unam modo pravitatem patiuntur, quam fcilicet affert vetuftas, eamque facillime effugias fi utaris recentibus. Porro ufitatiffimum nobis eft maximeque parabile gallinarum ovum; eapropter illo utimur aliorum ova nihil curantes, tametfi eandem cum illis habeant naturam. Temperie porro moderato frigidius eft. Itaque utendum eft ovi albumine non tantum ad oculos verum etiam ad alia omnia, quae medicamenta requirunt fuaviffima minimeque mordacia, ut funt univerfa fedis ac pudendorum ulcera contumacia. Mifcetur quoque idonee medicamentis profluvium fanguinis ex cerebri involucris fupprimentibus, quae nimirum citra morfum illinuntur atque aftringunt. Sed et ad ulcera maligna mifcetur iis, quae absque morfu ea poffunt deficcare, cujusmodi eft medica-

φάρμακον ὅ τε πεπλυμένος πομφόλυξ καὶ τῶν μεταλλικῶν ἔνια πλυθέντα, περὶ ὧν προείρηται κατὰ τὸν ἴδιον λόγον. ἔστι δὲ καὶ ἡ λέκιθος τῶν ὠῶν ὁμοίας φύσεως, καὶ διὰ τοῦτο μίγνυται κηρωταῖς ἀδήκτοις ἑψηθέντων ἢ ὀπτηθέντων τῶν ὠῶν. εὔδηλον δ᾽ ὅτι διοίσουσιν ἀλλήλων αὗται βραχεῖαν διαφορὰν διὰ τὸ ξηραντικώτερα μὲν ἠρέμα γίγνεσθαι τὴν ὄπτησιν, ὅσον δὲ προσέλαβε τῆς δυνάμεως ταύτης τοσοῦτον ἀπολλύναι τοῦ παρηγορικοῦ. μίγνυται δὲ καὶ καταπλάσμασιν ἀφλεγμάντοις, ὥσπερ ἐν ἕδρᾳ τοῖς διὰ μελιλώτου. ὠμῷ δ᾽ ὅλῳ ὠῷ χρώμεθα, μιγνύντες ῥόδινον ἐπὶ τῶν κατὰ βλέφαρα καὶ ὦτα καὶ τιτθοὺς φλεγμονῶν, ὅσαι τε πληγέντων αὐτῶν ἢ καὶ ἄλλως γίγνονται καὶ κατὰ τῶν νευρωδῶν δὲ σωμάτων, οἷον ἀγκῶνός τε καὶ τῶν κατὰ τοὺς δακτύλους τενόντων ἢ ἄρθρων ἐν ποσί τε καὶ χερσίν. ἐν ὄξει δ᾽ ἑψηθὲν ὠὸν βρωθείη, ξηραίνει τὰ κα(148)τὰ γαστέρα ῥεύματα. καὶ εἰ μίξειας δ᾽ αὐτῷ τι τῶν πρὸς δυσεντερίαν ἢ κοιλιακὴν διάθεσιν ἁρμοττόντων, εἶτ᾽ ἐπ᾽ ἀκάπνου τε καὶ μετρίου πυρὸς, ὁποῖόν ἐστι τὸ ἐκ τῶν ἀνθράκων, ταγηνίσας

mentum pompholyx elota et metallicorum quaedam elota, de quibus privatim supra disseruimus. Porro et ipse vitellus assimilis est naturae, ac proinde miscetur ceratis morsus expertibus, ovis videlicet, aut elixis aut assis. Verum id tamen manifestum est, hic levem existere differentiam, quod paulo plus desiccent quae sunt assa, ac quantum hujus accipiunt facultatis, tantum deperdant de mitigandi potentia. Miscetur et cataplasmatis phlegmonem extinguentibus, ut iis quae ex meliloto constant, sedi applicandis. Crudo vero ovo toto utimur admixto rosaceo ad palpebrarum, aurium mammarumque phlegmonas quae scilicet aut ictis illis aut alio quovis modo evenerint, aut extiterint in nervosis corporibus, puta cubito et digitorum tendonibus aut articulis, idque in pedibus pariter et manibus. Porro in aceto coctum ovum si edatur, fluxiones ventris desiccat. At si etiam quippiam eorum, quae ad dysenteriam aut coeliacum affectum conveniunt, adjunxeris, atque in igne modico fumique experte, qualis est qui ex prunis constat, frixeris eden-

δοίης φαγεῖν, οὐ σμικρότατα τοὺς κάμνοντας ὠφελήσεις. ἐπιτηδειότατα δὲ πρὸς τὴν τοιαύτην μίξιν ἐστὶν ὀμφάκιόν τε καὶ ῥοῦς ὅ τε τοῖς ὄψοις ἐπιπαττόμενος, ἐρυθρὸς ὀνομαζόμενος, ὅ τε χυλὸς αὐτοῦ κηκίς τε καὶ σίδια καὶ τέφρα τῶν ὀπτηθέντων ὅλων κοχλιῶν. ἐπιτήδεια δὲ καὶ γίγαρτα σταφυλῶν καὶ μύρτα καὶ μέσπιλα καὶ κράνα. φαρμακωδέστερα δὲ τούτων βαλαύστιόν τε καὶ ὑποκυστὶς καὶ κύτινοι. καὶ πρὸς κατακαύματα δὲ παραχρῆμα ὠμὸν ἐπιτιθέμενον ὠφέλιμόν ἐστιν, εἴτε τις ἀναλαβὼν ἐρίῳ μαλακῷ τὸ λευκὸν αὐτοῦ μόνον, εἴτε καὶ σὺν λεκίθῳ πᾶν ἀναδεύσας ἐπιθείη. καὶ γὰρ ἐμψύχει μετρίως καὶ ἀδήκτως ξηραίνει. τοιούτῳ δ' ὄντι χρώμεθα αὐτῷ καὶ πρὸς τὰ κατὰ τοῦ μετώπου τῶν καλουμένων ἀνακολλημάτων ἐπιτιθέμενα καὶ τὰς ἐκ τῶν βλεφάρων δὲ τρίχας ἀνακολλῶμεν, ἐπιμιγνύντες τι τῶν ἐπιτηδείων, οἷός πέρ ἐστι καὶ ὁ λιβανωτὸς, καὶ μάλισθ' ὅταν ᾖ λιπαρὸς καὶ μὴ παλαιὸς καὶ ξηρός. ἀλλ' ἔν γε τοῖς τοιούτοις ἡ γλισχρότης τοῦ λευκοῦ τῶν ὠῶν ἐστι χρήσιμος, οὐχ ἡ κρᾶσις, εἰ μὴ καθ' ὅσον οὐδὲν ἐναντιοῦται τῷ προσφε-

dumque ita praebeas, non minime fane laborantes adjuveris. Aptiffima talem ad ufum funt omphacium, rhus tum ipfe qui cibis adfpergitur, erythros nuncupatus, tum fuccus ipfius, galla, mali granati putamina, cinis cochlearum integrarum uftarum. Apta quoque et uvarum acini et myrta et mefpila et corna. Magis iftis medicamentofa funt balauftium, hypocyftis, cytini five mali punici flores. Sed et ad ambuftiones protinus impofitum eft utile, five quis feorfum albumen duntaxat ipfum molli lana excipiat, five etiam cum vitello commifcens confundensque applicet, etenim mediocriter refrigerat et citra morfum deficcat. Tale quum fit et ad anacollemata vocata, quae fronti videlicet imponuntur, utimur, et pilos palpebrarum agglutinamus, nimirum admixto idoneorum quopiam, cujus generis eft thus, potiffimum pingue fi fuerit, ac non inveteratum et ficcum. Verum in illiusmodi, ipfius albuminis commoda eft vifcofitas, non autem temperies, nifi quis quatenus nequaquam adverfatur illi, quod adhibetur medicamento, eo

ρομένῳ φαρμάκῳ, χρήσιμον εἶναί τις αὐτὴν λέγοι. [310] τινὰ γὰρ τῶν γλίσχρων ἐναντιοῦται, καθάπερ ὁ ἰξὸς δριμὺς καὶ θερμὸς ὢν εἰς τὰ μὴ δεόμενα θερμαίνεσθαι. καὶ λέλεκταί γε πολλάκις ὡς τὰ μηδεμίαν ἰσχυρὰν ἔχοντα δύναμιν φάρμακα μίγνυται τοῖς τὰς τοιαύτας ἔχουσιν δυνάμεις ὡς ὕλη καὶ διὰ τοῦτ' ἔστι πολύχρηστα τοῖς ἰσχυρῶς ἐνεργοῦσιν ὑπηρετοῦντα. τοιοῦτον ὑπάρχον καὶ τὸ ᾠὸν, ἅμα δὲ καὶ κατὰ τὴν τῆς ἑψήσεως ἢ ὀπτήσεως ποσότητα προσεπικτώμενον οὐ σμικρὰν διαφορὰν, πολύχρηστον γίνεται. τοῖς μὲν γὰρ ξηραίνουσι τὰς ὑγρότητας φαρμάκοις ἑψηθέν τε καὶ ὀπτηθὲν καὶ ταγηνισθὲν μίγνυται, τοῖς δὲ τὰ κατὰ θώρακα καὶ πνεύμονα τέμνουσιν τὸ καλούμενον ῥοφητὸν, ὃ μέχρι τοσούτου προσήκει δι' ὕδατος ἕψειν, ὡς γενέσθαι θερμόν. κατὰ δὲ τὴν αὐτὴν φύσιν ἐπὶ τῶν τετραχυσμένων τὴν φάρυγγα διὰ κραυγὴν ἢ χυμοῦ δριμύτητα παραλαμβάνεται, περιπλαττόμενον μὲν τοῖς πεπονθόσι μέρεσι καὶ προσμένον ὥσπερ τι κατάπλασμα, τῷ δὲ τῆς οὐσίας ἀδήκτῳ παρηγοροῦν τε ἅμα καὶ ἐκθεραπεῦον αὐτά. τῷ δ' αὐτῷ λόγῳ καὶ τὰς

nomine utile commodumque dixerit. Nam viſcoſorum quaedam ſunt quae adverſantur, velut viſcum nimirum acre et calidum ad ea, quae calefieri non debent, dictumque frequenter ſuperius eſt ea quae validam vim nullam obtineant medicamenta, ceu materiam iis quae tales vires obtinent miſceri, proinde quoque creberrimi ſunt uſus, utpote iis quae valenter agunt inſervientia. Ejusmodi quum ſit ovum, ſimulque non parvam adipiſcatur in elixationis aſſationisque quantitate differentiam, fit ſane multo utiliſſimum Nam medicamentis, quae humiditates deſiccant aut elixum aut aſſum aut frictum miſcetur, iis vero quae incidunt ea quae in thorace pulmoneque ſunt ſorbile quod vocant, id quod in aqua eousque elixari debet dum incaluerit. Ejusdem hujus naturae nomine et ad eos, quibus gutturis ſupremum aut ex vociferatione aut ex humorum acrimonia, exaſperatum eſt, aſſumitur, tum ſcilicet quod affectis partibus illinitur, atque cataplaſmatis modo inhaeret, tum quod ſubſtantia ſua mordacitatis experte eas mitigat ſanatque.

κατὰ τὸν στόμαχον καὶ γαστέρα καὶ ἔντερα καὶ κύστιν ἰᾶται τραχύτητας.

[λβ΄. Περὶ ἐχίνων κεκαυμένων.] Ἐχίνων ἀμφοτέρων, τοῦ τε θαλαττίου καὶ τοῦ χερσαίου, τὸ σῶμα πᾶν καιόμενον ἐργάζεται τέφραν, ῥυπτικῆς τε καὶ διαφορητικῆς καὶ καθαιρετικῆς δυνάμεως. ἔνιοι γοῦν αὐτῷ πρός τε τὰ ὑπερσαρκήσαντα καὶ τὰ ῥυπαρὰ τῶν ἑλκῶν ἐχρήσαντο.

[λγ΄. Περὶ κοχλιῶν.] Κοχλίαι δὲ ὅλοι, μετὰ τῶν ὀστράκων καιόμενοι μιγνυμένης αὐτοῖς κηκῖδος ὀμφακίτιδος καὶ πεπέρεως λευκοῦ, μεγάλα ὠφελοῦσι δυσεντερίας, ἐφ᾽ ὧν οὐδέπω σηπεδονώδη τὰ ἕλκη. προσήκει δ᾽ εἶναι τοῦ μὲν πεπέρεως ἓν μέρος, τῆς δὲ κηκῖδος δύο, τέσσαρα δὲ τῆς τέφρας τῶν κοχλιῶν. ἀκριβῶς λεῖα ποιήσας ταῦτα, τοῖς τ᾽ ὄψοις ἐπίπαττε καὶ δίδου πίνειν δι᾽ ὕδατος ἢ οἴνου λευκοῦ τε καὶ αὐστηροῦ. χωρὶς δὲ τοῦ μιχθῆναι κηκῖδι, κοχλιῶν ἡ τέφρα ξηραντικῆς ἱκανῶς ἐστι δυνάμεως, ἐχούσης τι διὰ τὴν καῦσιν καὶ θερμοῦ. ἄκαυστοι δ᾽ οἱ κοχλίαι λειωθέντες ἅμα τοῖς ὀστράκοις ἐπιτίθενται κατά τε τῆς γαστρὸς ὅλης ἐπὶ τῶν

Eadem ratione ſtomachi, ventris, inteſtinorum ac veſicae medetur aſperitatibus.

[32. *De erinaceis combuſtis.*] Erinacei utriusque, tum marini tum terreſtris, corpus totum uſtum cinerem efficit facultatis tum extergentis tum digerentis tum detrahentis. Itaque eo quidam et ad excreſcentia et ad ſordida uſi ſunt ulcera.

[33. *De limacibus.*] Cochleae ſi totae cum teſtis urantur admixta galla omphacitide ſimulque pipere albo, mirifice proſunt dyſenteriis, in quibus ulcera nondum computreſcere coeperunt. Convenit autem ut piperis ſit pars una, gallae vero duae, quatuor cineris cochlearum. Hoc ubi ad unguem laevigaris, cibis inſpergito, bibendumque aut ex aqua aut ex vino albo et auſtero praebeto. Caeterum absque gallae mixtione cinis cochlearum admodum reſiccantis eſt facultatis, obtinens item nonnihil ex uſtione calidum. Porro cochleae quae uſtionem non ſunt expertae, ſi tritae una cum teſtis imponantur et toti ventri aqua inter cutem

ὑδερικῶν, κατά τε τῶν ἐν τοῖς ἄρθροις ὄγκων ἐπὶ τῶν ἀρθριτικῶν. καὶ γίνεται μὲν ἡ πρόθεσις αὐτῶν δυσαφαίρετος, ἱκανῶς δὲ ξηραίνει. καὶ μέντοι καὶ προσκεῖσθαι διὰ παντὸς ἐᾷν αὐτοὺς προσῆκεν, ἄχρις ἂν ἀποπέσωσιν αὐτόματα. τοῦτο δὲ ποιητέον κἀπὶ τῶν δυσλύτων ἐκ πληγῆς ὄγκων καὶ περὶ θλάσεως γενομένης ἐν ὠσί. ξηραίνουσι γὰρ ἱκανῶς ἅπαντας αὐτοὺς, κἂν γλίσχρον καὶ παχὺ κατὰ βάθους ὑγρὸν περιέχηται.

[λδ'. *Περὶ καρκίνων κεκαυμένων.*] Ἡ γε μὴν τῶν ποταμίων καρκίνων τέφρα ξηραντικὴ μέν ἐστιν ὁμοίως τοῖς προειρημένοις, ἰδιότητι δὲ τῆς ὅλης οὐσίας θαυμαστῶς ἐπὶ τῶν λυσσοδήκτων ἐνεργεῖ, καὶ μόνη μὲν, ἀλλὰ καὶ μετὰ γεντιανῆς τε καὶ λιβανωτοῦ πολὺ μᾶλλον. εἶναι δὲ χρὴ τοῦ μὲν λιβανωτοῦ μοῖραν μίαν, πέντε δὲ τῆς γεντιανῆς καὶ τῶν καρκίνων δέκα. καὶ ἄλλως μὲν οὖν καυθεῖσιν αὐτοῖς ἐχρησάμεθά ποτε σπανίως, ὡς τὸ πολὺ δὲ καθ' ὃν Αἰσχρίων ὁ ἐμπειρικὸς ἐχρήσατο φαρμάκων ἐμπειρικώτατος γέρων, πολίτης τε καὶ διδάσκαλος ἡμέ[311]τερος. ἦν δὲ λοπὰς ἐρυ-

laborantium et in arthriticis articulorum tumoribus, aegre quidem divelli poterunt, caeterum impense desiccant. Et sane inhaerere sinere oportet, quoad sponte decidant. Idemque faciendum in tumoribus ex ictu natis difficile solubilibus et ex contusione facta in auribus, desiccant enim illos magnopere universos, etiamsi viscosus crassusque in alto humor contineatur.

[24. *De cancris ustis.*] At fluviatilium cancrorum cinis, quamquam similiter praedictis exiccatorius est, substantiae tamen proprietate mirabilis est ejus in iis, qui a rabiente cane sunt morsi, effectus, isque tum solus tum cum gentiana et thure multo praestantior. Thuris sane partem esse unam oportet, quinque autem gentianae, porro cancrorum decem. Et raro equidem aliter illis ustis nos sumus usi, caeterum ad eum modum plerumque, quo Aeschrion empiricus ille medicamentorum peritissimus senex, concivis ac praeceptor meus. Patella erat aeris

θροῦ χαλκοῦ, καθ' ἧς ἐπιτιθεὶς ζῶντας τοὺς καρκίνους ἔκαε ἄχρις οὗ τεφρωθῶσιν, ὡς εὐκόλως λειοῦσθαι. οὗτος ὁ Αἰσχρίων εἶχεν ἀεὶ παρεσκευασμένον ἕτοιμον ἐπὶ τῆς οἰκίας τὸ φάρμακον, ὥρᾳ θέρους κάων τοὺς καρκίνους, μετὰ τὴν τοῦ κυνὸς ἐπιτολὴν, ἡνίκα λέοντι ἥλιος ἦν, ἡ σελήνη δὲ ὀκτωκαιδεκαταία. πίνειν τε καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐδίδου τὸ φάρμακον τοῦτο τοῖς λυσσοδήκτοις, ἄχρι τῆς τεσσαρακοστῆς ἐπιπάσσων ὕδατι κοχλιάριον εὐμέγεθες. εἰ δ' οὐκ ἐξ ἀρχῆς, ἀλλὰ μεθ' ἡμέρας τινὰς τοῦ δηχθῆναι προὐνοεῖτο τοῦ δεδηγμένου, δύο κοχλιάρια καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐπέπαττεν. ἐχρῆτο δὲ καὶ κατ' αὐτοῦ τραύματος τῷ διὰ τῆς Βρυτίας πίττης, ὀποπάνακός τε καὶ ὄξους, ἐμπλαστικῷ φαρμάκῳ, μίαν λαμβάνοντι πίττης λίτραν, ἕνα δὲ ὄξους δριμυτάτου ξέστην Ἰταλικὸν, ὀποπάνακος δὲ τρεῖς οὐγγίας. ταῦτα καίτοι τῆς προκειμένης οὐκ ὄντα πραγματείας, ἔγραψα διὰ τὸ θαῤῥεῖν τῷ φαρμάκῳ, μηδενὸς μηδέποτε ἀποθανόντος τῶν ὡς εἴρηται χρησαμένων αὐτῷ. ποιήσομαι δὲ καὶ κατὰ μόνας ἑτέραν

rubri, in quam impofitos cancros viventes hactenus uffit, ut in cinerem redacti facile ad laevorem redigi poffent. Hic Aefchrion paratum femper in aedibus hoc habebat medicamentum tempore aeftivo, urens eos poft ortum canis, quando fol in leonem tranfiffet, non nifi luna decimaoctava. Porro bibendum hoc medicamentum iis, qui a cane rabido fuiffent morfi praebebat quotidie diebus quadraginta, menfura cochlearii magni aquae infperfum. At fi non protinus ab initio, verum aliquot poft dies curam cepiffet demorfi, tunc quotidie duo cochlearia aquae infpergebat. Ad ipfum vero vulnus emplafticum applicabat medicamentum, quod ex pice Brutia et opopanace acetoque conficitur, habens picis libram unam, unum aceti acerrimi fextarium Italicum, opopanacis vero uncias tres. Haec tametfi a praefenti inftituto effent aliena, fcribenda tamen cenfui, quia magnopere medicamento huic ipfe confiderem, nimirum cum nullus unquam eorum, qui illo fuerint ufi, fit mortuus. Caeterum feorfum etiam librum confcribam

πραγματείαν περὶ τῶν ἰδιότητι τῆς ὅλης οὐσίας ἐνεργούντων, ἐν οἷς ἐστι καὶ τὰ τοιαῦτα πάντα. συγγινώσκειν οὖν χρὴ τῷ τῆς γραφῆς ἀκαίρῳ καὶ νῦν καὶ κατ᾿ ἄλλα χωρία τῆσδε τῆς πραγματείας ἐνίοτε γεγονότι, διὰ τὴν ἐκ τῶν λεγομένων ὠφέλειαν μεγίστην οὖσαν, ἣν διασώζεσθαι βούλομαι τοῖς μεθ᾿ ἡμᾶς ἀνθρώποις, εἰ καὶ μεταξὺ θάνατος γενόμενος ἀποκωλύσει με γράψαι τὰς ἐφεξῆς τῆσδε τῆς πραγματείας. ἁπάντων δὲ τῶν τοιούτων τὰς αἰτίας λέγειν βουλόμενος ὁ διδάσκαλος ἡμῶν Πέλοψ εἰκότως ἔφη τὸν καρκίνον, ἔνυδρον ζῶον ὑπάρχοντα, ὠφελεῖν τοὺς λυσσοδήκτους, οἷς φόβος ἐστὶν ἁλῶναι πάθει ξηροτάτῳ τῇ λύττῃ, διὸ καὶ τὸ ὕδωρ φοβοῦνται. ποταμίους δὲ τοὺς καρκίνους, οὐ θαλαττίους, ἔφασκεν ἁρμόττειν, ἐπειδὴ διὰ τὴν ἐπιμιξίαν τῶν ἁλῶν, ξηραντικωτάτων ὄντων, τὰ θαλάττια ζῶα τὴν πρὸς τὴν λύτταν ἐναντιότητα μὴ διαφυλάξειεν ἀκριβῆ. καί τινος εἰπόντος αὐτῷ, διὰ τί οὖν οὐχὶ καὶ πάντα τὰ ἐν ὕδατι ποτίμῳ ζῶα παραπλησίως τοῖς καρκίνοις ὠφελεῖ; ὅτι, (149) ἔφη, τὴν ὁμοίαν σκευασίαν

aliquando de iis quae proprietate ſubſtantiae totius quid agunt, e quorum numero ſunt id genus omnia. Ignoſcendum itaque tum hoc in loco ſcribendi importunitati tum ſicubi praeterea id mihi hoc in opere contigit, nempe quia ex iis ſumma proveniret utilitas, quam ſane poſteris impertire volebam, ſi forſan me prius quam quae poſt haec deinceps ſunt opera perfeciſſem, mors occupaſſet propoſitum impediens. Caeterum Pelops doctor meus et ipſe omnium ejusmodi cauſas reddere volens non abs re, inquit, cancer, quum animal ſit aquaticum, prodeſt e cane rabido morſis, quibus videlicet metus eſt ne corripiantur affectu ſicciſſimo, nempe rabie, quamobrem ſane etiam aquam metuunt. Ac fluviatiles, non marinos, convenire cancros dictitabat, quod animalia marina ob admixtionem ſalis natura ſicciſſimi, haud aeque exactam tuerentur eam, quae eſt adverſus rabiem, contrarietatem. Ac quum quidam ſubjeciſſet, cur non omnia quae in potabili aqua degunt animalia, perinde ut cancri, juvari aſſolent? quia, inquit, ſimilem cancris praeparatio-

τοῖς καρκίνοις οὐ δύναται δέξασθαι. τούτων γὰρ καυθέντων τὴν τέφραν, ξηραντικὴν γινομένην, ἐκδαπανᾷν τε ἅμα καὶ διαφορεῖν τὸν ἰὸν τῶν δακνόντων κυνῶν. ταῦτα μὲν οὖν ὁ Πέλοψ ἔλεγεν, ἐπαγγελλόμενός τε καὶ φιλοτιμούμενος ἐπίστασθαι τὰς αἰτίας αὐτῶν ἁπάντων. ἐγὼ δὲ ἐὰν μὴ πρότερον ἐμαυτὸν πείσω γινώσκειν ἀκριβῶς τι, τοὺς πέλας οὐκ ἐπιχειρῶ πείθειν. οὐκοῦν οὐδὲ τὸν τοῦ Πέλοπος λόγον ὡς ἀληθῆ προσηκάμην, ἀντιλογίας ἔχοντα συχνὰς, ἀλλὰ καὶ τοὺς καρκίνους ἡγοῦμαι κατὰ τὴν ἰδιότητα τῆς ὅλης οὐσίας ὠφελεῖν. διὰ δὲ τὸ μηδένα τεθνάναι τῶν χρησαμένων αὐτοῖς, τοῖς γε μὴν σώμασιν ὅλοις ἐβουλήθην ἤδη δεδηλῶσθαί μοι τοῦτο, κἂν μὴ τῆς ἐνεστώσης πραγματείας οἰκεῖον ᾖ. τοῦτο γὰρ οὐκ ἦν τὸ προκείμενον.

[λέ. *Περὶ χελιδόνων κεκαυμένων.*] Οὐδ' ἐφ' ὧν εἶπον μόνων ζώων, ἀλλὰ καὶ τῶν χελιδόνων ἐχρήσαντο πολλοὶ καίοντες καὶ τῇ τέφρᾳ μέλι μιγνύντες, εἶτα διαχρίοντες τοὺς συναγχικούς. καὶ ὅλως ὅσα κατὰ φάρυγγα καὶ γαργαρεῶνα σὺν ὄγκοις γίγνεται πάθη. χρῶνται δ' ἔνιοι καὶ πρὸς ὀξυ-

nem non admittunt, nam horum uftorum cinerem, exiccatorius quum fit, canum rabientium venenum abfumere fimulque digerere. Haec igitur fane Pelops dicebat, profitens ambitioneque magna jactitans omnium fe talium noviffe caufas. At ego nifi plane me fcire quippiam perfuafum habeam, aliis perfuadere non tento. Itaque nec Pelopis rationem ut veram accepi, ut quae crebras habeat contradictiones, verum cancros opinor ex proprietate totius fubftantiae prodeffe. Quoniam autem nullum eorum qui fuerant illis ufi mortuum fciveram, haec aperienda recenfendaque a me exiftimavi, tametfi non effet hujus inftituti proprium.

[35. *De hirundinibus uftis.*] Sane corporibus totis, nam id erat propofitum, non eorum tantum animalium, quae dixi, fed et hirundinum ufi funt multi, comburentes videlicet et cinerem melli mifcentes, ac deinde fynanchicos inungentes, et in totum quicunque in gutture ac columella confiftunt cum tumoribus affectus. Utuntur et ad acuen-

δερχίαν τῇ τέφρᾳ ταύτῃ. σκελετεύοντες δὲ αὐτὰς ἄλλοι διδόασι πίνειν δραχμῆς πλῆθος.

[312] [λστ΄. Περὶ τεττίγων.] Καὶ τοῖς τέττιξι δὲ ξηροῖς χρῶνταί τινες ἐπὶ τῶν κωλικῶν διαθέσεων, μετὰ πεπέρεως ἴσων τὸν ἀριθμὸν κόκκων, καὶ διδόασιν ἢ τρεῖς ἢ πέντε ἢ ἑπτὰ, κατά τε τὰ διαλείμματα καὶ τοὺς παροξυσμούς. ὀπτῶντες δ᾽ αὐτοὺς ἄλλοι διδόασιν ἐσθίειν τοῖς πεπονθόσι κύστιν.

[λζ΄. Περὶ κορύδων.] Ὅ γε μὴν κόρυδος τὸ πτηνὸν ζῶον τουτὶ τὸ μικρὸν, ὃ καὶ κατὰ τὰς ὁδοὺς πολλάκις ὁρῶμεν, ἑψόμενον ἐν τῷ ζωμῷ τοὺς κωλικοὺς ὠφελεῖ. χρὴ δὲ συνεχῶς καὶ πολλάκις ἐσθίειν αὐτὸ μετὰ τοῦ ζωμοῦ. ἔχει δὲ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τοῦτο τὸ ζῶον ὥσπερ τινὰ λόφον ἐκ τῶν τριχῶν αὐτοφυῆ, δι᾽ ὃν καὶ ὁ μῦθος ὃν Ἀριστοφάνης ὁ κωμικὸς ἔγραψεν ἐπλάσθη. λέγει δὲ περὶ αὐτοῦ τόνδε τὸν τρόπον· ἀμαθὴς γὰρ ἔφυς καὶ πολυπράγμων, οὐδ᾽ Αἴσωπον μεμάθηκας, ὃς ἔφασκε λέγων κόρυδον πρώτην πάντων ὀρνίθων γενέσθαι, πρότερον τῆς γῆς, κἄπειτα νόσῳ τὸν πατέρα αὐτῆς ἀποθνήσκειν, γῆν δ᾽ οὐκ εἶναι, αὐτὸν δὲ προκεῖσθαι

dum visum hoc cinere nonnulli. At aliis eas aresactas drachmae pondere bibendas exhibent.

[36. *De cicadis.*] Sed et cicadis siccis quidam utuntur ad colicos affectus cum paribus numero piperis granis, dantque aut tres aut quinque aut septem, per intermissionem videlicet et per ipsos etiam paroxysmos. Porro alii assas edendas offerunt, quibus affecta vesica est.

[37. *De galeritis, alaudis.*] Galerita tamen avis illa pusilla obiter nobis plerumque obvia, in jure elixa colicos adjuvat. Verum assidue eam edere simul cum jure necesse est. Habet vero hoc animal in capite velut galerum ex pilis sponte enatum, cujus occasione efficta est quae apud Aristophanem comicum legitur fabula. Is enim inquit hunc in modum: imperitus es nec curiosus et nec Aesopum quidem didicisti, qui ait galeritam primam volucrum fuisse, etiam ante terram, inde patrem morbo defunctum, quum humus nondum esset enata, dies quidem quinque jacuisse, at hanc

Ed. Chart. XIII. [312.] Ed. Bas. II. (149.)

πεμπταῖον, τὴν δ' ἀποροῦσαν ὑπ' ἀμηχανίας τὸν πατέρα αὐτῆς ἐν τῇ κεφαλῇ κατορύξαι. τοῦτο δέ φασι καὶ τὸν Θεόκριτον αἰνίττεσθαι λέγοντα,

Οὐδ' ἐπιτυμβίδιαι κορυδαλλίδες ἠλαίνοντι.

δηλοῦν γὰρ αὐτὸν τὰς τὸν τύμβον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἐχούσας. προσέθηκα δὲ ταῦτα τῷ λόγῳ, διὰ τὸ βούλεσθαι σαφῶς δηλῶσαι τὸ ζῶον τὸν κόρυδον, ὁποίαν τινὰ τὴν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἀνάστασιν ἔχει τῶν τριχῶν, ἐπειδὴ τῆς ὠφελείας αὐτοῦ πρὸς τοὺς κωλικοὺς ἐπειράθην, καὶ βούλομαι καλῶς γνωρίσαι τοῖς οὐκ εἰδόσιν αὐτὸ, ἐπειδὴ τοῖς πυργήτοις ὀνομαζομένοις ἔοικεν, ἀλλὰ τῷ τε λόφῳ διακρίνεται καὶ βραχύ τι μείζων ἐστὶν αὐτοῦ. καὶ γάρ τοι καὶ ἡ κορυδαλὶς καλουμένη βοτάνη καὶ αὐτοῖς κωλικοῖς ἁρμόττει. καί σοι καὶ τοῦτο κατὰ τὸ πάρεργον ἐγνώσθω.

[λη'. Περὶ ἀλεκτορίδων.] Ὅ γε μὴν τῶν ἀλεκτορίδων ἁπλοῦς ζωμὸς ἐπικεραστικῆς ἐστι δυνάμεως, ὥσπερ ὁ τῶν παλαιῶν ἀλεκτρυόνων ὑπακτικῆς. ἕψειν δὲ αὐτοὺς χρὴ μεθ' ἁλῶν ἐπὶ πλεῖστον. ἀλλὰ τούτων μὲν αὐτοὶ πεῖραν ἔχομεν.

prae inopia melioris consilii in capite tandem patrem suum desodisse. Hoc quoque ajunt obscure licet designasse tamen Theocritum,

Nec galeritae sepulchrum in capite ferentes, vagantur.

nempe indicare illum eas, quae in capite sepulchrum gerant. Annexui autem huic ista sermoni, quo plane et clare hoc animal, nempe galeritam significare quos ferat in capite pilos erectos, quandoquidem expertus sum ejus adversus colicos utilitatem, velimque qui ipsum non norunt, iis bene aperteque monstratum. Etenim aviculis pyrgitis ac troglytis appellatis assimilis est. Discernitur autem tum quia galeram habet tum quia paulo major existit. Nam et ipsa corydalis appellata herba colicis convenit. Et hoc quoque tibi obiter sit notatum.

[38. *De gallinis.*] At gallinarum jus simplex retinendi vim possidet, uti gallorum subducendi. Coquendi autem sunt cum sale prolixissime. Sed horum ipsi fecimus periculum.

[λθ'. Περὶ γαλῆς.] Γαλῆν δὲ οὐδέποτε ἐκαύσαμεν, ἐφ' ἧς γεγράφασι τὴν τέφραν καταχριομένην μετ' ὄξους ὠφελεῖν ποδαγρικούς τε καὶ ἀρθριτικοὺς, ὡς ἱκανῶς διαφορεῖν πεφυκυῖαν, σκελετευθεῖσαν δὲ πινομένην ἐπιλήπτους, κατὰ τὴν αὐτὴν δηλονότι δύναμιν. ἔνιοι δὲ καὶ πάντως ἀλεξιφάρμακον εἶναι θηρίον, καὶ μάλιστα τὴν κοιλίαν αὐτῆς.

[μ'. Περὶ κεκαυμένων βατράχων.] Τῶν γε μὴν κεκαυμένων βατράχων τὴν τέφραν αἱμοῤῥαγίας ἴαμά φασιν ὑπάρχειν ἐπιπαττομένην, ἀλωπεκίας δὲ ἰᾶσθαι μετὰ πίττης ὑγρᾶς.

[μα'. Περὶ ἱπποκάμπου.] Καὶ τὸν ἱππόκαμπον δὲ τὸ θαλάττιον ζῶον ὅλον καυθὲν ἔγραψάν τινες ἀλωπεκίας ὠφελεῖν, καὶ αὐτὸ δηλονότι ξηραντικῆς τε καὶ λεπτομεροῦς δυνάμεως ὑπάρχειν ἢ τὴν τέφραν αὐτοῦ. μιγνύουσι δ' αὐτὴν τινὲς μὲν ἀμαρακίνῳ μύρῳ, τινὲς δ' ὑγρᾷ πίττῃ, τινὲς δὲ παλαιῷ στέατι ὑός.

[313] [μβ'. Περὶ ταριχηρῶν τελλινῶν.] Καὶ τὰς ταριχηρὰς δὲ τελλίνας καυθείσας καυστικὴν ἐργάζεσθαι τέφραν εἰς τοσοῦτόν φασιν, ὥστε μετὰ κεδρίας μιγνυμένην αὐτὴν,

[39. *De mustela.*] Mustelam nunquam combussimus. De qua scriptum legitur, cinerem quidem ejus cum aceto illitum podagricos arthriticosque juvare, tanquam vehementer valeat digerere, ipsam vero arefactam ac potam prodesse comitialibus, eadem nimirum illa facultate. Porro quidam etiam plane omnis ferae alexipharmacum eam esse referunt, et maxime eius ventrem.

[40. *De ranis ustis.*] At ranarum ustarum cinerem sanguinis eruptioni mederi referunt inspersum: ceterum cum liquida pice sanare alopecias.

[41. *De hippocampo.*] Et hippocampum, animal illud marinum, si totum usseris, alopeciis prodesse proditum a quibusdam est, ipsumque videlicet desiccantis esse facultatis extenuantisque, aut certe ejus cinerem, quem quidam unguento amaracino commiscent, quidam pici liquidae, alii veteri adipi suillo.

[42. *De tellinis salsis.*] Et salsas tellinas ustas adeo urentem efficere cinerem ajunt, ut is cum cedria evulsos

ὅταν ἐκ τῶν ῥιζῶν ἐξέλωμεν τὰς τρίχας τῶν βλεφάρων, ἐνσταζομένην τῷ χωρίῳ κωλύειν αὖθις αὐτὰς ἀναφύεσθαι. *Περὶ γῆς ἐντέρων.* Χωρὶς δὲ καύσεως ἢ ἑψήσεως ὅλων τῶν ζώων ἐπιτιθεμένων τοῖς πεπονθόσι μορίοις ἢ εἴσω τοῦ σώματος λαμβανομένων ἐπειράθησαν, ἢ ὡς πεπειραμένοι γεγράφασιν ἔνιοι τῶν ἰατρῶν γῆς μὲν ἔντερα λειωθέντα, νεύροις διῃρημένοις ἐπιτιθέμενα, παραχρῆμα θαυμαστῶς ὀνινάναι, τὰ δ' αὐτὰ ταῦτα πάντα σὺν γλυκεῖ πινόμενα φάρμακον οὐρητικὸν εἶναι.

[μγ'. *Περὶ κόρεων.*] Γεγράφασι δὲ καὶ περὶ κόρεων, ὡς εἰ μετ' ὄξους ποθεῖεν, ἐκβαλλόντων βδέλλας καταπεπομένας. ἀλλ' ἡμεῖς γε διὰ σκορόδων ἐδωδῆς ἐκβάλλοντες αὐτὰς ἀεὶ κόρεων οὐκ ἐδεήθημεν.

[μδ'. *Περὶ κανθαρίδων.*] Κανθαρίδων γε μὴν ἱκανὴν πεῖραν ἔχομεν ἐπὶ τῶν ψωρωδῶν ὀνύχων, οἷς ἐπιτιθέμεναι μετὰ τῶν ἐπιτηδείων κηρωτῶν ἢ ἐμπλαστῶν φαρμάκων ἐξάγουσιν αὐτοὺς, ὡς ἐκπίπτειν ὅλους. ἐμίξαμεν δὲ καὶ ταῖς πρὸς ψώρας καὶ λέπρας ἁρμοζούσαις δυνάμεσι καί τισι τῶν

radicitus ex palpebris pilos inſtillatus in locum renaſci prohibeat. *De lumbricis terrae.* Porro citra uſtionem aut lixationem totorum animalium in partes affectas impoſitorum aut intro in corpus ſumptorum, quidam medicorum fecere periculum aut ceu fecerint periculum ita ſcribunt, terrae quidem inteſtina contrita nervisque diviſis impoſita protinus mirum in modum prodeſſe, atque haec ipſa quoque cum mulſa pota medicamentum eſſe movendae urinae idoneum.

[43. *De cimicibus.*] Sed et de cimicibus quibusdam traditum eſt, quod ſi cum aceto bibantur hirudines abſorptas ejiciant; at nobis, quum eas perpetuo alliorum eſu ejecerimus, haud opus fuit cimicibus.

[44. *De cantharidibus.*] Veruntamen ſufficientem habemus de cantharidibus experientiam, quod in ungues pſorodeis idoneis ceratis, aut emplaſtris impoſitae ſic illos educunt ut toti cadant. Miſcuimus eas etiam facultatibus pſoris et lepris congruentibus nec non quibusdam putrefactis,

σηπτῶν, ἐνίοτε δὲ καὶ τῶν τοὺς καλουμένους ἥλους ἐκβαλλόντων. εἷς δέ τις τῶν ἡμετέρων διδασκάλων ἐνέβαλλεν αὐτῶν ὀλίγον εἰς οὐρητικὸν φάρμακον. ἔνιοι δὲ μόνα τὰ πτερὰ καὶ τοὺς (150) πόδας ἐμβάλλουσιν, ἃ δὴ καὶ ἀλεξητήριά φασιν εἶναι τοῖς τὰ σώματα πιοῦσιν αὐτῶν. ἔνιοι δὲ ἔμπαλιν, ἡμεῖς δὲ ὅλας ἐμβάλλομεν. ἐπιτηδειότεραι δ᾽ εἰσὶ πρὸς ἅπερ ἔφην λέγων πεπειράσθαι τῶν κανθαρίδων ἐκ τῶν πυρῶν ὅσαι μηλίνας ἐγκαρσίας ζώνας ἔχουσιν ἐν τοῖς πτεροῖς, καὶ μᾶλλον, ἐὰν ἐμβαλὼν αὐτὰς εἰς ἀγγεῖον καινὸν κεράμιον, εἶτα περιτιθεὶς τῷ στόματι τοῦ ἀγγείου τῶν ἀραιῶν ὀθονίων τι κρατῇς οὕτω τὸ ἀγγεῖον, ὡς ἐστράφθαι τὴν ὀθόνην κάτω, δεχομένην τὸν ἀναφερόμενον ἀτμὸν τοῦ ὄξους ἄχρις ἂν ἀποθάνωσιν αἱ κανθαρίδες.

[μέ. Περὶ βουπρήστεως.] Οὕτω δὲ καὶ τὰς βουπρήστεις ἀποτίθεσθαι προσῆκεν. εἰσὶ δὲ καὶ αὗται γένος τι ζώου, παραπλήσιον κανθαρίσι κατὰ τὴν ἰδέαν καὶ τὴν δύναμιν.

[μστ΄. Περὶ πιτυοκάμπης.] Καὶ μὴν καὶ ἐπὶ ταῖς πίτυσι κάμπαι, καλούμεναι δὲ εἰκότως πιτυοκάμπαι, τοιαύτης εἰσὶ δυνάμεως.

atque interim etiam iis quae clavos quos vocant ejiciunt. Porro praeceptorum meorum quidam earum paulum quiddam in medicamenta urinam moventia ſolebat injicere. At quidam ſolas alas et pedes injiciunt, quae ajunt eſſe alexeteria iis qui corpora ipſorum bibiſſent, alii contra, at nos totas indimus. Caeterum aptiores ſunt ad ea quae expertum me dixi eae cantharides, quae inventae in frumento lutea transverſim in alis cingula obtinent, potiſſimum ſi injiciantur in vas novum fictile, cujus ori linteum obductum ſit rarum, itaque illud invertas ut linteum halitum ab aceto ſubtus poſito excipiat, donec emoriantur ipſae cantharides.

[45. *De bupreſtidibus.*] Sic bupreſteis quoque reponere expedit. Sunt autem et ipſae animalis quoddam genus cantharidibus tum ſpecie tum viribus aſſimile.

[46. *De pityocampe.*] Quin et erucae quae in piceis naſcuntur merito ſane nuncupatae pityocampae hujus ſunt facultatis

[μζ'. Περὶ σαλαμάνδρας.] Καὶ τῆς σαλαμάνδρας δὲ καυθείσης τὴν τέφραν ἔνιοι μιγνύουσι σηπταῖς τε καὶ λεπρικαῖς καὶ ψωρικαῖς δυνάμεσι.

[314] [μη'. Περὶ νάρκης.] Καὶ τὴν νάρκην δ' ὅλην, λέγω δὲ δηλονότι τὸ θαλάττιον ζῶον, ἔγραψαν ἔνιοι κεφαλαλγίας ἰᾶσθαι προσφερομένην τῇ κεφαλῇ καὶ τὴν ἐξεστραμμένην ἕδραν ἐντρέπειν. ἀλλ' ἐγὼ πειραθεὶς ἀμφοῖν οὐδέτερον ἐργαζομένην εὗρον. ἐννοήσας οὖν αὐτὴν ἔτι ζῶσαν προστιθέναι τινὶ κεφαλὴν ὀδυνωμένῳ, δύνασθαι γὰρ ἀνώδυνον εἶναι φάρμακον, ὁμοίως τοῖς ἄλλοις ὅσα ναρκοῖ τὴν αἴσθησιν εὗρον οὕτως ἔχειν. οἴομαι δὲ καὶ τὸν πρῶτον χρησάμενον ἔκ τινος τοιαύτης ἐπινοίας ὁρμηθέντα χρῆσθαι.

[μθ'. Περὶ δράκοντος θαλαττίου καὶ τρίγλης.] Ζῶντα δ' ἀναπτυχθέντα καὶ παραχρῆμα προσενεχθέντα τοῖς πεπονθόσι μορίοις ὠφελεῖν ἔγραψαν ζῶα ταυτὶ, δράκοντα μὲν θαλάττιον ἐπὶ τῆς ἰδίας πληγῆς ἐπιτιθέμενον, ὡσαύτως δὲ καὶ τρίγλην ἐπὶ τὴν τοῦ δράκοντος, μῦς δὲ τοὺς κατ' οἶκον ἐπὶ τὴν τοῦ σκορπίου, καθάπερ καὶ τὴν σαῦραν, μυγαλὴν δ' ἐπὶ

quodque autem proprium vigorem iis qui ea faepe viderunt indicat, tum ex odore tum ex guftu, aliquando etiam ex colore et fecundum craffitiem compage. Quemadmodum in aliis omnibus pharmacis non folum quod calefaciant operae pretium eft cognofcere, fed et quanta diftantia quantoque ordine id faciant. Sic item in iis quae alopeciis conferunt pharmacis noffe oportet, quod calidiffimum quidem ex eis eft euphorbium. Eo autem minus calidum eft thapfia, poft thapfiam autem finapi et nafturtium. Juxta alium autem modum limnitis nulli horum fecundum eft: habet autem praeter hanc duas alias appellationes, nam et adarcium et adarce vocatur. Poft haec fuccedunt fulphur et nitri fpuma ipfumque nitrum molle uftum et quod berenicarium appellatur, quemadmodum et aphronitrum album leve ac laxum, quod nullam in fe terream afperitatem habet. Deinde veratrum utrumque et erucae femen et laurinum five oleum five unguentum velis appellare, ad haec alcyonium utrumque uftum et non

μένα τε καὶ ἄκαυστα, βελτίω δὲ τὰ κεκαυμένα. καὶ αἱ ῥίζαι δὲ τοῦ καλάμου καὶ ὁ φλοιὸς, ἄμφω καὶ ταῦτα καυθέντα. ἀλλὰ καὶ ὑγρὰ πίττα καὶ τὸ κέδρινον, ὅπερ ἔνιοι κεδρίαν ὀνομάζουσιν, ἥ τε τῶν μυῶν κόπρος ἄρκτου τε τὸ στέαρ, ἄμεινον δ' [324] εἰ παλαιότερον εἴη. καὶ μὲν δὴ καὶ τὸ τῆς ὑαίνης, λέοντός τε καὶ παρδάλεως καὶ χηνὸς ἐπιτήδεια, καὶ πάνθ' ὅσα λεπτομερῆ ταῖς οὐσίαις ἐστὶν, ὡς ἑτοίμως εἰς τὸ βάθος καταδύεσθαι τοῦ δέρματος, ἄχρι τῶν κατὰ τὰς τρίχας ῥιζῶν, ἀλλὰ καὶ τὰ πικρὰ τῶν ἀμυγδάλων, ὅλα κεκαυμένα, χρήσιμα καὶ λιβανωτὸς ἐν ὄξει δριμυτάτῳ κατειργασμένος. ἄκουε δέ μου τὸ κατειργάσθαι ῥῆμα λεγόμενον, ὅταν ἡμέραις πλείοσιν καὶ μάλιστ' ἐπὶ πλέον ἐν ἡλίῳ τρίβηταί τι σὺν ὄξει δριμεῖ. τούτοις ἅπασιν τοῖς φαρμάκοις ἔνεστι χρῆσθαι, τοῖς μὲν ἰσχυροῖς κηρωτὴν ὑγρὰν μιγνύντα, τὰ δ' ἀσθενῆ δεύοντα ἐλαίῳ δαφνίνῳ, καὶ τὰς μὲν κεχρονισμένας καὶ δυσιάτους τοῖς ἰσχυροῖς ἐξιώμενον, τὰς δ' ἀρχομένας καὶ μικρὰς τοῖς ἀσθενέσιν.

[Πρὸς ἀλωπεκίας σύνθετα.] Σύνθετα δὲ φάρμακα τὰ

uftum, praeftat tamen uftum, et arundinis radices itemque cortex ambo ufta. Quia et pix liquida et cedrinum, quod aliqui cedriam appellant, et murium ftercus urfaeque adeps, praeftat autem fi vetuftior extet. Quanquam etiam hyaenae leonisque ac pardalis ac anferis adipes conveniunt, et quicunque tenuium partium fubftantiam habent, quo prompte in cutis profundum penetrare queant, atque ad radices usque capillorum pertingant. Sed et amygdalae amarae integrae uftae commode funt, et thus aceto acerrimo confectum. Confectum autem intellige quum pluribus diebus et maxime ad folem diutius cum acri aceto fit contritum His itaque omnibus pharmacis licet utaris ad fortia quidem cerato liquido addito, debilibus vero oleo laurino imbutis. Et inveteratas quidem ac difficile curabiles cum fortibus perfanare conaberis, incipientes autem etparvas cum debilibus.

[*Ad alopecias compofita medicamenta.*] Caeterum

μὲν ὑπὸ τῶν ἔμπροσθεν ἰατρῶν, ὅσοι γε ἀξιόλογοι, μεγάλως ἐπῃνημένα, τὰ δ' ὑφ' ἡμῶν αὐτῶν διὰ μακρᾶς πείρας βεβασανισμένα τὰ τοιαῦτά ἐστιν. ℞ εὐφορβίου καὶ θαψίας καὶ δαφνίνου, ἑκάστου < β'. θείου ἀπύρου καὶ ἐλλεβόρου ἀνὰ < μίαν, ἄν τε μέλανος εὐπορῇς ἄν τε λευκοῦ. τούτοις δὲ μίγνυε κηροῦ < στ', δαφνίνῳ τήξας ἢ κικίνῳ ἢ ἐλαίῳ παλαιῷ, καὶ χρῶ τούτῳ ὡς ἰσχυροτάτῳ φαρμάκῳ ἐπὶ τῶν κεχρονισμένων καὶ δυσθεραπεύτων, τούτοις ἔμιξά ποτε καὶ καρδάμου δραχμὴν μίαν ἢ ἀλκυονίου κεκαυμένου < α'. ἄμεινον δ' εἰς ταῦτα τὸ σκληρότερον καὶ τραχύτερον. θαψίας δὲ μὴ παρούσης, ἀντ' αὐτῆς τοσοῦτον σταθμὸν ἤτοι καρδάμου σπέρματος ἢ εὐζώμου μικτέον ἐστὶν ἢ τὸ κάρδαμον. εἰ δὲ δάφνινον οὐκ ἔχεις καλὸν, ὑγρὰν πίσσαν μίγνυε. τῷ μὲν οὖν δαφνίνῳ πρὸς τὴν (155) ὑγρὰν πίτταν οὐ μεγάλη ἡ ὑπεροχὴ, τῇ θαψίᾳ δὲ πρὸς τἄλλα μεγίστη. τὸ γὰρ ἰσχυρότατον τῶν πρὸς τὸ πάθος ἐνεργῶς ποιούντων τοῦτο τὸ φάρμακόν ἐστιν, ὅταν γε, ὡς ἔφην, δυσθεράπευτον ᾖ. τὰ

pharmaca composita quae partim a prioribus medicis qui alicujus aestimationis fuerunt magnopere sunt laudata, partim vero a nobis ipsis per longam experientiam sunt examinata ac probata, ejusmodi existunt. ℞. Euphorbii thapsiae, laurini, singulorum ʒ ij. sulphuris vivi, veratri utriusque ʒ j. neque refert albo, an nigro veratro quod ad manum sit utaris. His admisce cerae ʒ vj. laurino aut cicino aut veteri oleo praeeliquans, utereque hoc ut fortissimo pharmaco ad inveteratas et aegre curabiles alopecias. His etiam aliquando nasturtii ʒ j. aut alcyonii usti ʒ j. admiscui. Praestat autem in hunc usum alcyonium quod durius est et magis asperum. Quod si thapsia non adsit, pro ipsa tantum pondus seminis nasturtii aut erucae addes aut ipsum adeo nasturtium. Si vero laurinum non habeas bonum, picem liquidam adde; laurinum namque picem liquidam non multum excellit, thapsia vero reliquorum respectu maximum excessum habet. Hoc sane pharmacum omnium quae ad hanc affectionem efficaciter faciunt fortissimum et valentissimum est, quando videli-

γὰρ μικρὰ καὶ ἀρχόμενα καὶ κάθαρσις ἴαται μόνη καὶ τῶν ἁπλῶν ὧν εἶπον ἕκαστον κεκαυμένον, ἀναλαμβανόμενον ἤτοι δαφνίνῳ ἢ κεδρίνῳ ἢ πίττῃ ὑγρᾷ ἢ κικίνῳ, ἐλαίῳ παλαιῷ. ἔμιξα δέ ποτε καὶ μέλιτος ἀντὶ τῆς κηρωτῆς ἐλάττονος ὄγκῳ τε καὶ σταθμῷ, καὶ οὐδενὶ χεῖρον ἐγένετο τὸ φάρμακον. καὶ τὰ διὰ τῶν στεάτων δὲ συντιθέμενα, προσλαβόντα θαψίας ὀλίγον, ὀνίνησιν καὶ μᾶλλον ὅταν αὐτοῖς μίξῃς ἀδάρκιόν τε καὶ εὐφόρβιον. ἔστω δὲ τῶν μὲν στεάτων ἑκάστου μέρος ἕν, ὄντων τριῶν, λεοντείου, παρδαλείου καὶ ὑαίνης. εἰ δὲ μὴ παρείη τὸ τῆς ὑαίνης, ἀρκεῖ τοῖς παροῦσι δύο χρῆσθαι μίξαντα τὸ χήνειον. εἰ δὲ καὶ πάντ' ἔχοις τὰ τέτταρα, μιγνύναι πάντα, καὶ σὺν αὐτοῖς γε τὸ ἄρκτειον, εἰ ἔχοις καὶ τοῦτο. τῷ δ' ἐξ αὐτῶν ἠθροισμένῳ δωδέκατον ἀρκεῖ μῖξαι μέρος θαψίας ἢ εὐφορβίου· εἰ δ' ἰσχυρότερον ἐθέλοις ποιῆσαι, ἀμφοτέρων ἅμα, τῇ πείρᾳ γὰρ καὶ ταῦτα κριθέντα τὰ φάρμακα τῶν ἐνεργῶν εὑρέθη· χάριν γὰρ τοῦ πλειόνων πεῖραν ἔχειν ἑκάστῳ τῶν αἰτούντων ἰατρῶν φί-

cet affectio, ut dicebam, aegre recipit curationem. Quae enim parva eſt et incipiens etiamnum, ſola purgatione ſanatur, et per ſingula quae recenſui ſimplicia uſta laurino aut cedrino aut liquida pice aut cicino vel veteri oleo excepta. Admiſcui etiam aliquando mel pro cerato, minori tamen copia et pondere, neque ulla ex parte pejus evaſit pharmacum. Quae vero etiam ex adipibus componuntur thapſiae pauſillum aſſumentia proſunt, praeſertim ſi euphorbium et adarcium addatur. Sit autem adipis cujusque pars una; ſunt enim tres, leonis, pardalii et hyaenae. Si vero hyaenae adeps non adſit, ſufficit praeſentibus reliquis duobus uti anſerino admixto. Si vero omnes quatuor habeas, ſimul omnes miſcebis addito inſuper, ſi adſit, urſino. Ad totam vero eorum molem duodecimam thapſiae aut euphorbii partem addere ſatis eſt, aut, ſi omnino fortius facere velis, amborum ſimul addes, nam et per experientiam haec ipſa pharmaca efficacia ſunt judicata. Plurimum enim experientiae habendae gratia petentibus ſubinde medicis a me amicis ſingulis aliud

λων ἄλλο τι καὶ ἄλλο σχεδιάζων ἐδίδουν τῶν τῇ πείρᾳ κριθέντων καὶ εὑρέθη τὰ πλεῖστα βέλτιστα. πρὸ πάντων δὲ ἡμᾶς χρὴ μεμνῆσθαι τῆς κατὰ τὴν χρῆσιν αὐτῶν μεθόδου, κοινῆς οὔσης ἐπὶ πάντων καὶ μάλιστα τῶν ἰσχυρῶν φαρμάκων, καὶ διὰ τοῦτό γε πολλάκις αὐτῆς ἀναμιμνήσκω, διότι μεγάλην ἔχει [325] δύναμιν. ὁ γὰρ ἑκάστῳ τῶν ἰσχυρῶν φαρμάκων χρώμενος ἐν ἀρχῇ μὲν αὐτὸ μαλακώτερον προσφερέτω, μίξει δηλονότι τῶν ἐκλυόντων τὴν δύναμιν, οἷά πέρ ἐστιν ἔλαιόν τε καὶ κηρὸς καὶ τῶν ἁπλῶν ὅσα προείπομεν ἀσθενῆ λιβανωτός τε καὶ καλάμου φλοιὸς καὶ ῥίζαι κεκαυμέναι καὶ ἀμύγδαλα πικρὰ καὶ ὅσα τοιαῦτα. μετὰ δὲ τὴν πρώτην χρῆσιν ὅταν ἐπὶ τὴν δευτέραν παραγίνηται, σκοπεῖσθαι χρὴ τίνα παραλλαγὴν ἐν τῷ πεπονθότι μορίῳ τὸ προσαχθὲν φάρμακον εἰργάσατο καὶ πρὸς ἐκείνην ἀποβλέποντας ἤτοι πραΰνειν αὐτοῦ τὸ σφοδρὸν τῆς δυνάμεως ἢ αὐξάνειν. οἷον ἐπ᾽ αὐτοῖ τοῦ νῦν προκειμένου πάθους ἀφελεῖν μὲν χρὴ ξυρῷ τὰς τρίχας, ἀνατρίβειν δὲ τὸ πεπονθὸς δέρμα δι᾽

atque aliud eorum quae experientia cognita habui, ex tempore digeſtum exhibui, et reperta ſunt ſane plurima ex eis optime conducentia. Verum ante omnia vos methodi meminiſſe oportet circa eorum uſum quae communis in omnibus praeſertim fortibus pharmacis exiſtit, quare etiam ſaepe ejus mentionem facio, utpote in qua magna omnino vis ſita eſt. Qui enim ſingulis fortibus pharmacis utitur, in principio quidem ipſa molliora adhibebit, admixtione videlicet eorum quae vires ipſorum exolvunt, qualia ſunt oleum et cera et ex ſimplicibus quae diximus debilia, velut eſt thus et arundinis cortex, ac radices exuſtae et amygdalae amarae et quaecunque illius generis exiſtunt. At vero poſt primum uſum cum jam ſecundo adhibere voles, intueri oportet qualem alterationem in affecta particula prius admotum pharmacum fecit, atque illius reſpectu aut vehementiam facultatis ejus lenire aut augere. Velut in hac quam jam tractamus affectione primum quidem capillos novacula tollere oportet, deinde affectam cutem per linteolum neque aſpe-

ὀθόνης μήτε πάνυ τραχείας μήτε μαλακῆς, ὁρῶντα πόσον ἐρεύθους τούτῳ προσέρχεται μετὰ τοιᾶσδε κινήσεως καὶ ἀνατρίψεως. ἔσται γάρ σοι τοῦτο πρὸς τὴν τῆς ἰάσεως ἐλπίδα χρήσιμον, εἰ μὲν ἐπ' ὀλίγαις ἀνατρίψεσιν ἐρυθραίνοιτο, μετρίαν ἡγούμενος τὴν διάθεσιν, εἰ δ' ἐπὶ πολλαῖς, χαλεπωτέραν, ὡς ἔνιά γε δέρματα, κἂν ἐπὶ πολὺ τρίβῃς, οὐκ ἐρυθραίνεται. πρόδηλον οὖν ὅτι ταῦτα μέν ἐστι χαλεπώτατα, καθάπερ τὰ ῥᾳδίως ἐρυθραινόμενα πρᾳότατα, τὰ δ' ἐν τῷ μεταξὺ τούτων ἅπαντα κατὰ τοσοῦτον ἀλλήλων διαφέροντα καθ' ὅσον ἤτοι τοῖς χειρίστοις ἢ τοῖς μετριωτάτοις πλησιάζει. ταῦτα μὲν οὖν κατὰ τὸ πάρεργον εἰρήσθω καίτοι γε οὐκ ὄντα πάρεργα. πάλιν δὲ ἐπὶ τὸ προκείμενον ἀνελθὼν ἀναμνήσω σε τῆς ἐν τῇ χρήσει μεθόδου. μετὰ γὰρ τὴν πρώτην προσφορὰν τοῦ δοκιμασθέντος φαρμάκου σκέπτεσθαι προσήκει πρῶτον μὲν εἰ καὶ πρὸ τῆς ἀνατρίψεως εὐχρούστερον φανείη τὸ δέρμα, δεύτερον δὲ εἰ μετ' ὀλιγωτέρας ἀνατρίψεως ἢ πρόσθεν ἢ εἰ μετὰ τῆς ἴσης μὲν, ἀλλὰ μᾶλλον ἢ πρόσθεν ἐρυθρὸν γένοιτο. σκοπεῖσθαι δὲ πρὸ πάντων,

rum, neque molle nimis confricare, ac videre ad quantum ruborem per hujusmodi motionem ac confrictionem pervenit. Hoc enim tibi ex usu ad spem curationis est futurum. Namque si per exiguas defrictiones rubesiat, moderatam affectionem opinaris; si vero per multas, graviorem, praesertim cum quaedam cuticulae, etiam si multum confrices, non rubesiant. Manifestum igitur est has omnium difficillime curari, sicut contra facillime quae facile rubescunt, quae vero inter has medio modo habent, tantum inter se differunt, quantum vel ad pessimas vel moderatissimas accedunt. Atque haec quidem accessionis loco sint dicta, quanquam neque neglectui habenda. Rursus itaque ad id quod propositum erat reversus methodi te commonefaciam quam usus pharmacorum requirit. Post primam igitur pharmaci cujus usum elegeris adhibitionem intueri convenit primum quidem, an etiam ante confrictionem cutis coloratior appareat, deinde autem an cum pauciore quam prius frictione, aut cum aequali quidem, magis tamen quam prius rubicunda fiat. Prae om-

ὅταν ἰσχυρὰ προσενέγκῃς φάρμακα, μή τι περαιτέρω τοῦ προσήκοντος ἐκθερμαίνοιτο τὸ δέρμα, φανεῖται δὲ τοῦτο θεωμένῳ τέ σοι τὴν χρόαν αὐτοῦ καὶ τοὺς δακτύλους ἐπιβάλλοντι· τῇ χροιᾷ μὲν γὰρ ἔσται ξανθότερον, ἐπιβάλλοντι δὲ τοὺς δακτύλους θερμὸν ἱκανῶς φανεῖται. προσέχειν οὖν ἐπὶ τοιούτων χρὴ, κίνδυνος γὰρ ἐπικαυθῆναι τὸ δέρμα, δεύτερον ἢ τρίτον αὐτοῖς χρησαμένῳ. μεταβαίνειν οὖν ἐπί τι τῶν μαλακωτέρων, ἢ τῷ μὲν αὐτῷ χρηστέον, ἀλλ' ἐκλύσαντα τὴν δύναμιν αὐτοῦ μίξει κηρωτῆς ἢ στέατος ἢ ὑγρότητός τινος ἐλαιώδους. χρῆσθαι δὲ καταβροχῇ δι' ἐλαίου γλυκέος θερμοῦ καὶ ἄρτῳ ἐν καταπλάσματι, πυρίαις τε καὶ κατασχασμοῖς καὶ σικύαις καὶ κηρωτῆς ἐπαλείψεσιν. χρονίσαντος δὲ τοῦ πάθους καὶ συνεχέσι ξυρήσεσιν καὶ φοινιγμῷ διὰ νάπυος, ὡς προείρηται, καὶ ἀνατρίψεσιν ταῖς γεγραμμέναις ταῖς ἑξῆς, ἐπιχριομένης πίσσης ἢ κεδρίνου ἐλαίου καὶ μετὰ τὴν ἀνάτριψιν κατασχασμοῖς. ἔνιοι δὲ βελόνας συνδήσαντες, ὥστε τὰς ἀκμὰς ἔχειν ἐπὶ τὸ δέρμα, κατεκέντησαν ταύταις

nibus vero animadvertere oportet, ne in fortium pharmacorum admotione cutis ultra quam convenit concalefcat, id quod tum ex colore ipfius tum digitorum tactu deprehendes, colore namque flavior apparebit, et digitorum contactu abunde calidam cognofces. Horum itaque animadverfionem habere oportet: periculum enim eft iterum atque iterum repetito eorum ufu cutem exuri. Quare ad molliora transeundum eft, aut eodem utendum quidem, fed cerati aut adipis aut liquoris cujusdem oleofi admixtione vi ipfius exoluta. Utendum eft et olei calidi dulcis irrigatione et cataplasmate ex pane fomentisque et fcarificationibus ac cucurbitis et cerati illitione, *virium item refectrice dicta.* Caeterum perfeverante affectione utendum eft affidua rafura et rubificatorio ex finapi, velut eft praedictum itemque frictionibus praefcriptis, et fequentibus diebus illita pice aut oleo cedrino et poft confrictionem fcarificationibus. Quidam vero aciculas colligantes hoc modo, ut aciem ad cutem vergentem habeant, per ipfas cutem compungunt. Verum poft

αὐτὸ, μετὰ δὲ τὸν διὰ τῆς ἀνατρίψεως φοινιγμὸν καὶ τὸν κατασχασμὸν φαρμάκοις χρῆσθαι μετασυγκριτικοῖς· ἐπὶ πάντων δὲ κοινὸς σκοπὸς ἐν τῷ ἀέρι θερμῷ τὴν προσφορὰν ποιεῖσθαι τοῦ φαρμάκου, καὶ εἴ γε ἡλιού[326]μενον ἔχοις τι χωρίον, ἐν ἐκείνῳ μάλιστα χωρὶς αὔρας καταπνεούσης αὐτὸ, χειμῶνος δὲ κάλλιον ἐπὶ λουτρῷ χρῆσθαι τοῖς φαρμάκοις.

[*Περὶ τῶν γεγραμμένων φαρμάκων συνθέτων ἐπὶ τοῦ τῆς ἀλωπεκίας πάθους τοῖς ἐμοῦ πρεσβυτέροις ἰατροῖς.*] Ἥρας μὲν οὖν ἐν τῷ νάρθηκι κατὰ λέξιν οὕτως ἔγραψεν· πρὸς ἀλωπεκίας. ἀλκυόνιον τὸ τραχύτερον, καύσας καὶ λειοτριβήσας σὺν ἐλαίῳ κατάχριε τὸν τόπον, μάλιστα ἐν λύχνῳ λαμβάνων τὸ ἔλαιον. αὕτη μὲν ἡ τοῦ Ἥρα γραφή. καὶ χρὴ γινώσκειν ἡμᾶς τὸ φάρμακον τοῦτο μέσον εἶναι τῇ δυνάμει καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὰς μέσας κατὰ μέγεθος ἀλωπεκίας ἰάσασθαι ἱκανόν. μέτριον μὲν γάρ ἐστι φάρμακον, εἰ καλάμου ῥίζαν ἢ φλοιὸν ἢ ἀμύγδαλα πικρὰ ἤ τι τῶν τοιούτων καύσας ἐλαίῳ μίξαις, ἰσχυρὰ δὲ τὰ δι' εὐφορβίου καὶ θαψίας

rubificationem per defrictionem inductam et poſt ſcarificationem pharmacis metaſyncriticis ex alto evocantibus utemur. In omnibus autem communis ſcopus hic ſit, ut in aëre calido pharmacum ipſum adhibeamus et maxime ſi fieri poſſit in loco inſolato, qui non habeat auram ipſum perflantem: hiemis autem tempore praeſtiterit in balneo his pharmacis uti.

[*De pharmacis compoſitis ad alopeciae affectionem a ſenioribus medicis conſcriptis.*] Heras quidem igitur in ferula juxta dictionis ſeriem ſic ſcripſit ad alopecias. Alcyonium quod aſperius eſt uſtum ac cum oleo tritum ac laevigatum loco illinito. Sit autem oleum maxime ex lucernis acceptum. Haec quidem ſunt Herae verba: verum noſſe oportet medium eſſe viribus hoc pharmacum, et propterea ad medias magnitudine alopecias curandas ſufficiens. Infirmum equidem pharmacum eſt, ſi calami radicem aut corticem aut amygdalas amaras aut ejus generis quippiam uſtum cum oleo commiſceas. Fortia vero ſunt quae ex euphorbio

καὶ ἀδάρκης. ἐν τῷ μεταξὺ δ' αὐτῶν ἐστι τὸ κεκαυμένον ἀλκυόνιον. ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τοῦτο μετριώτερον μέν ἐστιν ἐλαίῳ μιχθὲν, ἰσχυρότερον δ' ὑγρᾷ πίσσῃ καὶ δαφνίνῳ. μίγνυται δὲ καὶ τοῖς εἰρημένοις στέασι. καὶ χρωμένῳ γέ τινι πρὸς τὸ πάθος ἀρκτείῳ στέατι μηδὲν ἀνύοντος αὐτοῦ συνεβούλευσα μίξαι τὸ κεκαυμένον ἀλκυόνιον, ὑφ' οὗ διὰ ταχέων ἐθεραπεύθη. τὸ δὲ τοῦ λύχνου ἔλαιον οὐ κατ' ἄλλον τινὰ λόγον ἐπιτήδειόν ἐστιν ἢ τῷ λεπτομερέστερον εἶναι τοῦ λοιποῦ. προσέρχεται δὲ τοῦτο αὐτῷ κατὰ τὴν οἷον ἕψησιν τὴν ἐν τῷ λύχνῳ καὶ γίγνεται τῷ τε παλαιῷ καὶ τῷ κικίνῳ παραπλήσιον, ὡς εἰ καὶ ἄλλως ἐπὶ πυρὸς ἐθέλοις ἔλαιον θερμῆναι. καὶ γὰρ οὖν καὶ ὁ ῥύπος ὁ ἐπὶ ταῖς λυχνίαις γιγνόμενος ἐοικὼς ὑγρῷ πηλῷ τοῖς ἐπὶ τῆς ἀγροικίας παρ' ἡμῖν, ἔγνωσται θεραπεύων τὰ ἐν τῷ μέσῳ τῶν ἐν τοῖς ποσὶ δακτύλων ἕλκη, συνεχῶς αὐτοῖς γιγνόμενα δι' ἀλουσίαν τε καὶ ἀμέλειαν τοῦ διανίζειν αὐτὰ καθ' ἑκάστην ἡμέραν. τούτῳ τοίνυν αὐτῷ τῷ ῥύπῳ πηλώδει συνεβούλευσά τινι τῶν ἀγροίκων ξύσαντι τὴν ἀλωπεκίαν, ἣν (156) ἔδειξέ μοι, κατα-

et thapfia et adarce apparantur. In medio vero iftorum eft alcyonium uftum, fed et ipfum moderatius redditur oleo admixto, fortius vero liquida pice aut laurino affufo. Mifcetur item praedictis adipibus. Et fane ego cuidam, qui ad hanc affectionem urfino adipe ufus erat, nec quicquam profecerat, alcyonium admifcere confului, a quo poftea brevi fanus evafit. Caeterum oleum lucernarum non ob aliam rationem aptum eft, quam quod magis tenuium partium exiftit, id quod ipfi ex lucerna, in qua veluti coquitur, accedit fitque tum veteri tum cicino adfimile, veluti fi etiam alias ad ignem oleum velis calefacere. Itaque et fordes, quae in lucernis liquido luto fimiles gignuntur, iis qui apud nos ruri degunt cognitae funt, ad ulcera in medio digitorum pedum curanda efficaces: quae ulcera frequenter illis oboriuntur propter illuviem et negligentiam perluendi eos fingulis diebus. His itaque fordibus lutofis confului cuidam agrefti alopeciam, ubi prius rafiffet, quam mihi oftenderat, illinire fimulque frequenti abrafione uti: qui

χρίεσθαι μετὰ τοῦ ξυρᾶν τὸν τόπον συνεχῶς, ἐκθεραπευθεὶς δὲ ὑπ᾽ αὐτοῦ καὶ ἄλλους ἐπεχείρησεν οὕτως ἰᾶσθαι, νομίσας ἅπασαν ἀλωπεκίαν ὑπὸ τοῦ φαρμάκου τούτου δύνασθαι θεραπεύεσθαι. ἐγὼ δὲ μετρίαν αὐτοῦ τὴν διάθεσιν θεασάμενος, ἤλπισα διὰ τοῦ ῥύπου θεραπευθήσεσθαι.

[Ἕτερον τοῦ Ἥρα ἐπὶ παίδων ἁρμόττον.] Ἕτερον δ᾽ ἑξῆς τῷ προγεγραμμένῳ φαρμάκῳ ὁ Ἥρας ἔγραψε κατὰ λέξιν οὕτως. ♃ εὐζώμου σπέρματος μέρος ἕν, καρδάμου μέρος α΄. νίτρου μέρος α΄. ἐν ἐνίοις δὲ ἀντιγράφοις ἁπλῶς γέγραπται ♃ εὐζώμου μέρος ἕν, καρδάμου μέρος ἕν, νίτρου μέρος ἕν, λεάνας πίσσαν ὑγρὰν παράχει καὶ προανατρίβων τὸν τόπον ἐπίπλασσε. καὶ ὅταν ἄρῃς τὸ φάρμακον ἀπόμασσε τὸν τόπον σπόγγῳ ἐκ θερμοῦ, ἆραι δὲ δὶς τῆς ἡμέρας. [327] ἐνεργεῖ δὲ μάλιστα ἐπὶ τῶν παιδίων τοῦτο τὸ φάρμακον, ἰσχυρότερον μὲν γάρ ἐστι τοῦ προτέρου, κεχρονισμένην δὲ καὶ δυσθεράπευτον ἀλωπεκίαν οὐκ ἂν ἰάσαιτο· δηλοῖ δὲ τοῦτο καὶ ὁ Ἥρας αὐτὸς προσγράψας ἐνεργεῖν ἐπὶ παίδων αὐτὸ μάλιστα, τουτέστιν ἐπὶ σωμάτων μαλακὸν

ſane ab ipſis perſanatus etiam alios tentavit hoc modo curare, utpote qui putaret omnem alopeciam ab hoc pharmaco poſſe curari. Verum ego quum moderatam ejus affectionem eſſem intuitus, ſperavi ipſum quidem per illas ſordes ſanitatem conſecuturum.

[*Aliud compoſitum pharmacum Herae pueris aptum.*] Aliud etiam deinceps pharmacum Heras poſt praeſcriptum, juxta ſeriem dictionis hoc modo ſcripſit. ♃ ſeminis erucae partem j, naſturtii partem j, nitri partem j. In aliquibus autem exemplaribus ſimpliciter ſcriptum eſt ♃ erucae partem j, naſturtii partem j, nitri partem j. contritis picem liquidam aſſunde et loco prius confricato impone: atque ubi abſtuleris pharmacum, locum ſpongia calida imbuta extere. Auferes autem bis per diem et in pueris maxime efficax conſpicitur hoc pharmacum: fortius enim eſt priore, verum inveteratam et aegre cedentem alopeciam non curaverit: quod ipſum etiam Heras indicat, qui in pueris ipſum maxime efficax adſcripſit, hoc eſt in corporibus molli cute

Ed. Chart. XIII. [327.] Ed. Baf. II. (156.)

ἐχόντων τὸ δέρμα. ῥᾳδίως γὰρ ἐκ τῶν τοιούτων οἱ μοχθηροὶ διαφοροῦνται χυμοὶ, παραπλήσιον δὲ δηλονότι οἱ εὐνοῦχοι καὶ αἱ γυναῖκες ἔχουσι τὸ δέρμα τοῖς παιδίοις.

[Περὶ τῶν ὑπὸ Κρίτωνος γεγραμμένων πρὸς ἀλωπεκίας.] Κρίτων δὲ ἐν τῷ τρίτῳ τῶν κοσμητικῶν οὕτως ἔγραψεν. πρὸς δὲ τὰς λεγομένας ἀλωπεκίας, πάθος τριχῶν λυμαντικὸν καὶ κοινῶς δυσμορφίας ποιητικὸν, χρηστέον ταῖς ὑπογεγραμμέναις σκευασίαις, ὡς Ἡρακλείδης ὁ Ταραντῖνος. ἀμύγδαλα πικρὰ σὺν τοῖς λεπύροις κατακαύσας καὶ τρίψας μετ' ὄξους ἀναλάμβανε μικρὸν μέλιτος ἐπιβαλὼν, ἐπὶ δὲ τῆς χρήσεως προανατρίβων τὸν πεπονθότα τόπον ὀθονίῳ καθαρῷ ἐπίχριε συνεχῶς. ὠφελεῖ δὲ μάλιστα καὶ ἡ συνεχὴς ξύρησις, πρὸ τῆς ἐπιθέσεως τοῦ φαρμάκου. ἄλλο ᾧ Μόσχος ἐχρῆτο. ἐχίνων θαλασσίων τὰ ὄστρακα κατακαύσας καὶ ὕδατι ἀναλαβὼν ἐπιτίθει προανατρίβων τοὺς τόπους. ἔν τισιν ἀντιγράφοις εὗρον οὐχ ὕδατι ἀλλὰ στέατι ἀρκτείῳ, ἀναλαμβανομένης τῆς τῶν ἐχίνων σποδιᾶς, καὶ μᾶλλον οὕτως ἐμοὶ ἤρεσεν· ἔστι γὰρ ἐνεργέστερον. ἄλλο. καλάμου ῥίζας κατα-

praeditis. Ex hujuscemodi enim vitiati humores facile discutiuntur. Habent autem consimilem pueris cuticulam eunuchi et mulieres.

[*De iis quae Crito ad alopecias conscripsit.*] Crito vero in tertio libro eorum quae ad corporis ornatum pertinent sic scripsit. *Ad affectionem alopeciam appellatam, quae capillos devastat et cutis deformitatem inducit, subscriptis compositionibus utendum est, ut Heraclides Tarentinus tradit.* Amygdalas amaras cum corticibus ustas, ac tritas aceto excipe modico item affuso melle. Usu vero expetente, loco per mundum linteolum praefricato assidue illine. Prodest autem maxime etiam assidua rasura, antequam pharmacum imponatur. *Aliud quo Moschus usus est.* Erinaceorum marinorum testas exustas et aqua subactas locis praefrictis impone. In quibusdam exemplaribus non aqua, sed adipe ursino excipi debere erinaceorum cinerem reperi, quod mihi magis placuit: hoc enim modo efficacius redditur. *Aliud.* Calami radices ustas adipe ursino excipe

καύσας, ἀναλαβὼν στέατι ἀρκτείῳ, οὕτως ἐπιτίθει. ἄλλο. θαψίας φλοιὸν τρίψας μετ' ὄξους ἐπιτίθει. ἄλλο. χαμαιλέοντος ῥίζαν τρίψας ἐπιμελῶς μετὰ ὄξους ἐπιτίθει. ταῦτα προειπὼν ὁ Κρίτων ἐφεξῆς τάδε γράφει. χρονιζούσης δὲ τῆς διαθέσεως χρηστέον ταῖς ὑπογεγραμμέναις σκευασίαις· ἐνδεικνύμενος ἐκ τούτων τὰ προγεγραμμένα φάρμακα μετρίων εἶναι διαθέσεων ἰατικά. γράφει τοίνυν ἐφεξῆς καὶ τὰ πρὸς τὰς ἰσχυροτέρας διαθέσεις ἁρμόττοντα κατὰ τὴν ἐκείνου λέξιν οὕτως ἔχοντα.

[Περὶ τῶν ὑπὸ Ἡρακλείδου γεγραμμένων πρὸς ἀλωπεκίας χρονίας.] Πρὸς ἀλωπεκίας ὡς Ἡρακλείδης ὁ Ταραντῖνος. Ὀρεστίνου πρὸς τὰς κεχρονισμένας ἀλωπεκίας ♃ μυοχόδων ∠ β'. λιβανωτοῦ ∠ β'. ὄξει δριμυτάτῳ διαλύσας ἐπίχριε, προξυρήσας τοὺς τόπους. ἄλλο. ♃ ἐχίνων θαλασσίων σὺν τοῖς ὀστράκοις κεκαυμένων ∠ β'. κηκίδων ὀμφακιτίδων τὸ ἴσον, ἀμυγδάλων πικρῶν κεκαυμένων τὸ ἴσον. μυοχόδων ∠ α'. ὄξει διαλύσας καὶ τρίψας ἐπιμελῶς ἐπιτίθει. ἄλλο ὡς Ὀρεστῖνος. ♃ ἀρκτείων τριχῶν κεκαυμένων, ἀδιάντου κεκαυμένου, καλάμου ῥιζῶν κεκαυμένων, συκῆς φύλ-

atque impone. *Aliud.* Thapfiae corticem tritum cum aceto imponito. *Aliud.* Chamaeleontis radicem cum aceto diligenter tritam imponito. Haec praefatus Criton deinceps ita fcribit. Quod fi vero perfeveret affectio, fubfcriptis compofitionibus utendum eft. Quibus verbis plane indicat per praefcripta medicamenta moderatas affectiones fanari. Itaque deinceps quae ad fortiores affectiones conducunt fcribit, quae juxta feriem dictionis ipfius hoc modo habent.

[*De fcriptis ab Heraclide ad alopecias inveteratas.*] Ad alopecias velut Heraclides Tarentinus tradit. Oreftini ad alopecias inveteratas. ♃ Mufcerdae ʒ ij, thuris ʒ ij, aceto acerrimo diffoluta praerafis locis illine. *Aliud.* ♃ Erinaceorum marinorum una cum teftis exuftorum ʒ ij, gallarum acerbarum tantundem, amygdalarum amararum uftarum tantundem, mufcerdae ʒ j. aceto diffoluta et probe trita imponito. *Aliud. Oreftini.* ♃ Pilorum urfi uftorum, adianti ufti, radicum calami uftarum, foliorum fici uftorum, pani-

λων κεκαυμένων, κιλικίου ῥάκους κεκαυμένου ἑκάστου τὸ ἴσον ἀναλάμβανε στέατι ἀρκτείῳ καὶ κεδρίᾳ. ἐπὶ δὲ τῆς χρήσεως πυρία, ἀνατρίβων τὸν τόπον συκῆς φύλλοις καὶ νίτρῳ ἀποσμήχων, κατάχριε τῷ φαρμάκῳ καθ' ἡμέραν, ἑλκωθείσης δὲ τῆς ἐπιφανείας ἐπιτίθει κηρωτὴν διὰ λεκίθου καὶ πυρίνων καὶ κριθίνων ἀλεύρων, χυλῷ προσφάτῳ ἐπίχριε. ἄλλο Ὄθωνος Σικελοῦ ἐπιτετευγμένον. ♃ βατράχων τῶν σμικροτάτων κεκαυμένων ἐν χυτριδίῳ, τῆς σποδοῦ μέρος α'. μυοχόδων, ἐλλεβόρου λευκοῦ, καλάμου ῥίζης κεκαυμένης, πεπέρεως λευκοῦ, ἑκάστου τὸ ἴσον, ὄξει προσανάλαβε καὶ χρῶ προανατρίβων καὶ ἀποξυρῶν τὸν τόπον. ἄλλο. ♃ ὀνύχων αἰγείων κεκαυμένων τῆς σποδοῦ, θαψίας χυλοῦ, ἀλκυονίου, μυοχόδων, ἀφρονίτρου, σμύρνης, πεπέρεως λευκοῦ, ζιγγιβέρεως, ἑκάστου τὸ ἴσον τρίψας ἐπιμελῶς ἀναλάμβανε αἰγείᾳ χολῇ.

[328] [Περὶ τῶν ὑπὸ Κλεοπάτρας γεγραμμένων ἐν τῷ κοσμητικῷ.] Ἐν τῷ Κλεοπάτρας κοσμητικῷ πρὸς ἀλωπεκίας γέγραπται φάρμακα κατὰ τὴν αὐτῆς ἐκείνης λέξιν, ὧδέ πως ἔχουσαν. πρὸς ἀλωπεκίας. σανδαράχην λειώσας ἀναλάμβανε

culi cilicii usti, singulorum aequales partes; adipe ursino et cedria excipe. Usus vero tempore loco foto et per fici folia confricto ac per nitrum exterso pharmacum quotidie illine. Cutis vero superficie exulcerata, ceratum ex ovi luteo impone et farinarum tritici, ac hordei succum recentem superline. *Aliud Othonis Siculi accommodatum.* ♃. Cineris ranarum minimarum in ollula ustarum partem unam: muscerdae veratri albi, radicis calami ustae, piperis albi, singulorum aequales portiones aceto excipe et ad praefrictum ac praerasum locum utere. *Aliud.* ♃ Cineris ungularum caprinarum ustarum, succi thapsiae, alcyonii, muscerdae, spumae nitri, myrrhae, piperis albi, zingiberis, singulorum aequas partes probe tritas felle caprino excipe.

[*De iis quae Cleopatra in libro eorum, quae ad corporis ornatum pertinent, scripsit.*] In libro Cleopatrae de ornatu corporis ad alopecias descripta sunt pharmaca, quae juxta illius dictionis seriem hoc modo habent. *Ad Alopecias.* Sandaracham tritam largoque visco quercino

ἰξῷ δρυΐνῳ, ὡς ὅτι πλείστῳ καὶ προεκνιτρώσας, ἔμπλασσε εἰς ὀθόνιον καὶ ἐπιτίθει. ἐγὼ δὲ καὶ νίτρου ἀφρῷ προσέμιξα τὰ προειρημένα καὶ ἐνήργησεν καλῶς. ἄλλο. ♃ σκίλλης ∠ α΄. ἐλλεβόρου λευκοῦ ∠ α΄. λεῖα ποιήσας σὺν ὄξει καὶ ξυρήσας καὶ προεκνιτρώσας κατάχριε. ἄλλο. ♃ νάπυος ∠ α΄. καρδάμου ∠ α΄. λεῖα μετ᾽ ὄξους ἐπιτίθει, προξυρήσας καὶ ἐκνιτρώσας τὸν τόπον, βέλτιον δὲ κατασχάζειν. ἄλλο. ♃ φλοιοῦ καλάμου ∠ δ΄. ἀφρονίτρου ∠ δ΄. πίσσῃ ὑγρᾷ ἀναλαβὼν χρῶ. συνεχῶς δὲ ἐπιξύρα τὸν τόπον καὶ τάχιστα τριχοφυήσει, ἔτι δὲ καὶ προσανάτριβε ὀθονίῳ. ἄλλο. μυῶν κεφαλὰς συναπόθλα ἀνατρίβων. ἄλλο. μυόχοδα λεῖα κατάχριε, ὀθονίῳ ἐφαιμάξας τὸν τόπον. ἄλλο. ἀμύγδαλα πικρὰ σὺν τοῖς λεπύροις καύσας, τρῖψον μετ᾽ ὄξους καὶ μέλιτος καὶ τὸν τόπον ἐφαιμάσσων τῇ ἀνατρίψει κατάχριε. ποίει δὲ τοῦτο συνεχῶς καὶ ἀναξύρα τὸν τόπον, καὶ ταχέως τρίχες ἀναβήσονται. ἄλλο. αὕτη ἡ δύναμις πασῶν ἐστι βελτίων, ποιοῦσα καὶ πρὸς ῥεούσας τρίχας, σὺν ἐλαίῳ ἢ μύρῳ ἐνιε-

exceptam et in linteolum inditam, loco per nitrum prius praeparato imponito. Ego vero etiam nitri ſpumam ad praedicta admiſcui et egregie efficax pharmacum fuit. *Aliud.* ♃ Scillae ʒ j, veratri albi ʒ j, ex aceto trita praeraſis et nitro confrictis illinito. *Aliud.* ♃ Sinapis ʒ j, naſturtii ʒ j, trita ex aceto praeraſis et nitro exterſis locis imponito. Praeſtat autem locum ſcarificare. *Aliud.* ♃ Corticis calami ʒ iiij, ſpumae nitri ʒ, iiij, pice liquida exceptis utere. Caeterum locum aſſidue radere oportet et cum linteolo confricare, ſic enim quam celerrime pilos producet. *Aliud.* Muſcarum capita contrita affrica. *Aliud.* Muſcerdas tritas illine, loco prius per linteoli affrictum ſubcruento reddito. *Aliud.* Amygdalas amaras una cum corticibus exuſtas cum aceto et melle contere et loco per defrictionem ſubcruento reddito illine, idque ipſum aſſidue facere perge: et locum novacula rade, ſic enim capilli cito prodibunt. *Aliud.* Caeterum ea quae ſequitur compoſitio omnes vi ſua praecellit, faciens item ad profluvium capillorum cum aleo aut unguento diſſoluta: facit et ad, deci-

Ed. Chart. XIII. [328.] Ed. Baf. II. (156. 157.)

μένη καὶ τοῖς ἐν ἀρχῇ μαδαρῶσιν ἢ εἰς φαλακρότητα ἐμπίπτουσιν, ἔστι δὲ θαυμάσιος. ♃ μυῶν τῶν κατοικιδίων κεκαυμένων, μέρος α΄. ἀμπελίνου ῥάκους κεκαυμένου μέρος ἓν, ἱππείων ὀδόντων κεκαυμένων μέρος ἓν, στέατος ἀρκτείου μέρος ἓν, μυελοῦ ἐλαφείου μέρος α΄. καλάμου φλοιοῦ μέρος ἓν, ταῦτα ξηρὰ λειούσθω καὶ προσμισγομένου μέλιτος ἱκανοῦ, ἕως ἂν σχῇ μέλιτος πάχος, τριβέσθω καὶ μιγνυέσθω τὸ στέαρ καὶ ὁ μυελὸς τακέντα, καὶ ἀποτιθέσθω εἰς πυξίδα χαλκῆν τὸ φάρμακον καὶ ἀνατριβέσθω ἡ ἀλωπεκία, μέχρις οὗ ἀνατριχοφυήσῃ. ὁμοίως δὲ καὶ αἱ ῥέουσαι τρίχες καθ᾽ ἡμέραν ὑποχριέσθωσαν. καὶ τούτων τῶν φαρμάκων καὶ τῶν ἐφεξῆς γραφησομένων οὐ χαλεπὸν διακρῖναι τά τε δριμύτερα καὶ ἰσχυρότερα καὶ τὰ μαλακώτερα καὶ ἀσθενέστερα, μεμνημένους ὧν κατ᾽ ἀρχὰς εἶπον. οὕτω γὰρ ὑπάρχει καὶ τὸ κεχρῆσθαι (157) καλῶς αὐτοῖς, ἐπὶ μὲν τῶν μετριωτέρων ἀλωπεκιῶν τοῖς μετριωτέροις, ἐπὶ δὲ τῶν ἰσχυροτέρων τοῖς ἰσχυροτέροις, ὥσπερ γε κἀπὶ τῶν ἰσχυροτάτων τοῖς ἰσχυροτάτοις.

duos in principio palpebrarum pilos et in calviciem prolabentes, eftque omnino admirabilis. ♃ Murium domefticorum uftorum partem unam, panniculi ampelini ufti partem unam, dentium equinorum uftorum partem unam, adipis urfini partem unam, medullae cervinae partem unam, corticis calami partem unam. Haec omnia arida laevigentur et fufficienti melle admixto ad craffitudinem mellis redigantur, indeque adeps et medulla liquefacta addantur: et pharmacum ipfum in aeream pyxidem reponatur, ex eoque alopecia donec capillos producat defricetur. Similiter autem et proflui capilli quotidie ex eo illinantur. Porro inter haec ipfa pharmaca itemque ea, quae deinceps defcribentur, non difficile eft dijudicare quae acriora ac fortiora rurfusque quae molliora et imbecilliora exiftant, modo quis ea, quae in principio dixi in memoriam revocet. Ita enim et rectus eorum ufus continget, nimirum ad mediocres alopecias mediocribus adhibitis ad fortiores fortioribus: velut etiam ad eas quae fortiffimae funt fortiffima remedia admoventur.

[*Περὶ τῶν ὑπ' Ἀρχιγένους γεγραμμένων ταῖς ἀλωπεκίαις χρησίμων.*] *Ἔγραψε καὶ Ἀρχιγένης ταῦτα τὰ φάρμακα πρὸς ἀλωπεκίας διὰ τῆσδε τῆς λέξεως. τὰς ἐπιπολαίους ἀλωπεκίας ἐκνιτρώσας καὶ ὀθονίῳ ἐκμάξας περιστερεῶνι ἐν ἡλίῳ τριβέντι καὶ ὄξει διέντι, κατάχριε ἱκανῶς ἢ ὁμοίως σμήξας σεύτλου φύλλα ἐπίθες, ἐπάνω δὲ ὑγρὸν ὀθόνιον, ἀφαίρει δὲ βρέχων τὸν τόπον. τὰς δὲ βαθείας ἀνάτριβε σὺν ὄξει, νίτρου βώλῳ ἢ σηπίας ὀστράκῳ ἢ ἰχθύᾳ ἢ συκῆς φύλλοις, μέχρις ἀναξασμοῦ, εἶτα ἀπομάξας τὸ αἷμα σεῦτλον ἐν οἴνῳ ἑφθὸν ἐπίθες,* [329] *ἢ ἰσχάδας κεκαυμένας ἐν οἴνῳ ἢ φακοῦ ἄλευρον σὺν οἴνῳ κατάπλασσε ἢ φλυκταινώσας τὴν ἀλωπεκίαν βουπρήστει μετ' ὄξους ἢ βατραχίῳ ἢ ἄρου ῥίζῃ σύν τινι τούτων κηρωτοειδὲς ποιήσας καὶ ἐπιθεὶς εἰς νύκτα, πρωῒ δ' ἀποσχάσας τὰς φλυκταίνας κατάπλασσε σκορόδῳ ἢ βουσελίνῳ ἢ ἀνεμώνης φύλλοις, καλῶς ποιοῦσι μετὰ τὰς φλυκταινώσεις καὶ ἱππόκαμποι θαλάσσιοι καέντες καὶ ἐπιπασσόμενοι μετ' ὀλίγου χαλκάνθου, ὠμοῦ λείου ἢ ὑείων σιαγόνων*

[*De iis, quae Archigenes ad alopecias commoda medicamenta conſcripſit.*] Archigenes item haec pharmaca ad alopecias hac verborum ſerie deſcripſit. Alopecias laeves et in ſuperficie haerentes, nitro confricatas ac linteolo exterſas, verbenaca in ſole trita acetoque diluta largiter illine. Aut eodem modo exterſis betae folia impone, inſuperque linteolo humecto contege, aufer autem ea per loci humectationem. Caeterum in altum progreſſas cum aceto, nitri gleba aut ſepiae piſcis teſta aut aſpera ſquatinae cute aut fici foliis, usque ad dilaniationem deſrica, deinde deterſo ſanguine, betam ex vino coctam impone aut caricas uſtas cum vino, aut lentis farinam cum vino pro cataplaſmate adhibe. Aut bupreſti cum aceto aut ranunculo aut ari radice aut tali quopiam, in cerati formam redactis et per noctem impoſitis, bullas ex alopecia excita: mane vero bullas compunctas, allio aut buſelino aut anemones foliis intege. Probe faciunt etiam poſt excitatas bullas hippocampi marini uſti et cum modico atramento ſutorio crudo trito inſperſi: itemque oſſa maxillarum ſuillarum uſta.

ὀστᾶ κεκαυμένα. ἄλλο. ἢ ξυρήσας καὶ σμήξας ἀφρονίτρῳ καὶ ἀλκυονίῳ μετὰ δριμέος ὄξους ἀνάτριβε, μέχρις ἂν αἱμάξῃ, εἶτα κατάχριε καρύων Ποντικῶν κελύφεσιν κεκαυμένοις λεάνας μετὰ μέλιτος, θεράπευε δὶς τῆς ἡμέρας. τὸ πολὺ καθίστησιν ἐν ἡμέραις δέκα. ἢ μύας κατοικιδίους ἐν χύτρᾳ καύσας, λείους ἀναλάμβανε ἀξουγγίῳ καὶ προανατρίβων σκορόδῳ τὰς ἀλωπεκίας ἐν σπληνίῳ ἐπιτίθει, καὶ τοῦτο καθ' ἡμέραν ποίει, μέχρις ἂν ἐκφυῶσιν τρίχες. ἢ βατράχια τὰ μικτὰ ὁμοίως κατακαύσας τὴν τέφραν μετὰ πίσσης πολλάκις ἀνεξεσμένης, μέχρις ἂν παχεῖα γένηται, ἐπίχριε μήτε προξυρῶν μήτε προσμήχων. ἢ μυόχοδα καὶ λίβανον ἴσα σὺν ὄξει μέλιτος πάχος κατάχριε προφοινίσσων, ἢ σῦκα ξηρὰ κεκαυμένα κατάχριε μετ' ἐλαίου ὁμοίως λειώσας. ἢ ἐλλέβορον λευκὸν, πέπερι, μυόχοδα προσμήξας καὶ καταξύσας, σὺν ὄξει κατάχριε. ἢ ῥαφάνῳ καὶ κρομμύῳ, ἐπικαρσίως τμηθέντι ἀνατρίψας εὖ μάλα κατάχριε. ἢ ἀλκυονίῳ πεφοσμένῳ καὶ βάπτων τὸν δάκτυλον ἐν ἐλαίῳ τρῖβε ἐπιμελῶς, μέχρις ἂν δηχθῇ, καὶ κατορθώσεις. ἢ ἀλκυό-

Aliud. ubi deraferis et cum nitri fpuma deterferis alcyonio, ex acri aceto confrica, donec fanguis emanet, dehinc ubi nucum avellanarum putamina ufta ex melle laevigaveris, inunge, atque id bis in die facito. Sedat ac fiftit eas ut plurimum in diebus decem. Aut mures domefticos in olla exuftos tritosque axungia excipe et praefrictis cum allio alopeciis in fplenio impone, idque donec capilli enafcantur quotidie repete. Aut ranunculos parvos fimiliter exure, eorumque cinerem cum pice faepe fervefacta usquequo craffa facta fit, illine, loco neque rafo neque prius confricto. Aut mufcerdas et thus aequali portione cum aceto ad mellis craffitudinem redacta, loco prius rubificato illine. Aut ficus aridas uftas cum oleo fimiliter illine, ubi prius laevigaveris. Aut veratrum album, *aut* piper, *aut* mufcerdas praedeterfis, ac praerafis ex aceto illine. Aut raphano et caepis oblique concifis probe confricans illine. Aut alcyonium torrefactum cum digito oleo madefacto diligenter affrica, donec morfum percipiat, et correctam alopeciam emendabis. Aut alcyonium ad lucernam torrefactum, adi-

νιον πρὸς λύχνον φώξας καὶ στέαρ ἄρκτειον ὁμοίως τήξας, μῖξον καὶ κατάχριε προσμήχων ἐν ἡλίῳ. ἢ προκεντήσας ὡς ἔθος, κατάπλασσε κρομμύῳ λείῳ μετὰ μέλιτος. ἢ ῥαφάνου φλοιῷ ὁμοίως. ἢ κατασχάσας καλάμου ἐπιφάνειαν, ἣν Αἰγύπτιοι σιφθείριον καλοῦσι, κεκαυμένην πίσσῃ ὑγρᾷ πρόσμιγε καὶ σπλήνιον ἐπιτιθεὶς λῦε τετράκις ἢ πεντάκις, εἶτα ἀποσμήξας ἄλλο σπλήνιον ἐπιτίθει. ἔνιοι νίτρον πρὸς τὸ δέκατον τῆς τέφρας μίσγουσι καὶ λίαν ὠφελοῦσιν. ἢ λεπίδι στομώματος μετ᾽ ὄξους καὶ ἐλαίου κατάχριε ὁμοίως. ἢ αἰλούρου ἢ κροκοδείλου κόπρου ∠ στ΄. νάπυος ∠ δ΄. μετ᾽ ὄξους δριμέος κατάχριε. ἢ κανθαρίδας κεκαυμένας πίσσῃ ὑγρᾷ ἀναλαβὼν ὡς κηρωτὴν ὑγρὰν γενέσθαι, προαποσμήξας νίτρῳ ὀπτῷ καὶ ἐκμάξας ἐν σπληνίῳ, ἐπίθες καὶ ἔα διανυκτερεῦσαι, πρωὶ δὲ ἄρας ἔα ξηρανθῆναι τὸν τόπον, μέχρις ἂν περιῤῥαγῇ. ὅταν δὲ ἀναστείλωσιν αἱ τρίχες, ξύρα συνεχῶς. ἢ κάρδαμον, οἱ δὲ πέπερι, μυόχοδα, ἐλλέβορον λευκὸν, ἴσα μετ᾽ ὄξους κατάχριε ἢ αἰμάξας ἐπιπολῆς ἰχθύος ἢ συ-

pemque urſinum ſimiliter liquefactum, miſce et praefrictis ad ſolem illine. Aut praepunctis pro more caepas tritas cum melle cataplaſmatis modo impone. Aut raphani corticem eodem modo. Aut facta ſcarificatione, arundinis corticem ſuperiorem, quem Aegyptii ſiphtherium appellant, uſtum cum pice liquida committe, ſpleniumque impone et quater aut quinquies ſolve: deinde exterge, ac aliud ſplenium impone. Quidam nitrum ad decimam cineris ipſius partem admiſcent, valdeque ei confert. Aut ſquamam ſtomomatis cum aceto et oleo illine eodem modo. Aut felis, ſive crocodili ſtercoris ʒ vj, ſinapis ʒ iiij, cum acri aceto illine. Aut cantharidas uſtas pice liquida exceptas ad cerati liquidi formam redige, praefrictisque ex nitro aſſo locis et exterſis, in ſplenio impone et per noctem ſine, mane vero tolle, locumque exiccari permitte usquequo circumcirca rumpatur: ubi vero eruperint capilli, eos aſſidue rade. Aut naſturtium, vel ut alii piper, muſcerdas, veratrum album, aequalibus portionibus ex aceto illine. Aut cum piſcis corio, quale eſt ſquatinae, aut folio ficulneo, aut pumice

κίνῳ φύλλῳ ἢ κισσήρει λείᾳ, ἀμύγδαλα πικρὰ καύσας μετ' ὀξυμέλιτος κατάχριε. συνεχῶς δὲ τοῦτο ποίει καὶ ξύρα, αὐξήσουσι γὰρ ταχέως. ἢ χελώνης θαλασσίας αἵματι κατάχριε, ἐπαινεῖται. ἢ ἱπποποτάμου δέρμα καύσας κατάχριε. ἢ καρύοις Ποντικοῖς κεκαυμένοις καὶ σταφίσιν ἀγρίαις σὺν δαφνίνῳ μύρῳ, τοῦτο γὰρ Ἀρχιγένης ἐπαινεῖ. ἢ μυόχοδα καὶ ἐλλέβορον κατάχριε λευκόν. ἢ καλάμου φλοιοῦ κεκαυμένου καὶ νίτρου ἑκάστου ἴσον, πίσσῃ ὑγρᾷ μαλαγματῶδες ποίει. ἢ κάρυα πικρὰ σὺν τοῖς λεπύροις καύσας μετ' ὄξους ἢ μέλιτος, πυκνῶς κατάχριε προεκμάξας ὀθονίῳ καὶ ξύρα τὸν τόπον πυκνῶς. ἢ ἀμμωνιακοῦ θυμιάματος μετ' ὀποῦ τιθυμάλλου ἀνάτριβε. [330] ἢ αἰλούρου ἀφοδεύματι ξηρῷ μετ' ὄξους ἢ ῥοὸς ʒ δ' ἢ β'. σινήπεως ʒ β' σὺν ὄξει δριμεῖ κατάχριε. ἢ ἀμυγδάλοις πικροῖς καὶ κισσήρει ἐπίχριε. Διονυσίδωρος δὲ ὁ ἰατρὸς, κάσσυμα καινὸν καίων μετ' ὄξους δριμέος κατάχριε. ἄκρως δὲ ποιεῖ ἐπὶ τῶν χρονίων, εἰ θαψίας χυλὸν ἢ ῥίζαν ἀναλαβὼν κηρωτῇ ἐπιθείης τῷ τόπῳ μετὰ

laevi, ſuperne alopecias cruentas facito, deinde amygdalas amaras uſtas cum aceto mulſo illinito, idque aſſidue facito ac radito, augeſcent enim ſtatim capilli. Aut teſtudinis marinae ſanguinem illine, ex laudatiſſimis enim hic eſt. Aut hippopotami corium uſtum illine. Aut nuces ponticas uſtas et ſtaphidas ſilveſtres cum unguento laurino. Hoc enim ab Archigene laudatur. Aut muſcerdas et veratrum album illinito. Aut corticis arundinis uſtae et nitri aequas partes, cum pice liquida ad malagmatis formam redige. Aut nuces amaras una cum corticibus uſtas ex aceto, aut melle frequenter illine, idque loco prius per linteolum exterſo: poſt vero aſſidue radito. Aut ammoniacum thymiama cum ſucco tithymali affricato, aut felis ſtercus aridum ex aceto, aut rhois ʒ iiij. vel ij. ſinapis ʒ ij. cum acri aceto illine. Aut amygdalas amaras et pumicem illine. Dionyſodorus autem medicus, corium, inquit, novum uſtum cum acri aceto illine. Egregie autem facit ad inveteratas alopecias, ſi thapſiae ſuccum, aut radicem cerato exceptum loco im-

τοῦ μηδὲν ἄλλο προσαπεργάσασθαι. ἀφίσταται γὰρ ἡ ἄνωθεν ἐπιφάνεια καὶ ἰχωῤῥοεῖ, ὑποφύονταί τε αἱ τρίχες αὐτόματοι. ὁρᾷς ὅπως καὶ ὁ Ἀρχιγένης ἐπαινεῖ τὸ διὰ τῆς θαψίας, οὐ γὰρ ἂν εὕροις ἄμεινον αὐτοῦ φάρμακον. αὐξάνεται δ' ἡ πίστις τῶν ὠφελούντων κἀκ τῆς συμφώνου ἱστορίας, καὶ διὰ τοῦτο κἀγὼ τὰ παρὰ τοῖς ἐμπείροις ἰατροῖς φάρμακα γράφω πάντα.

[Περὶ τῶν ὑπ' Ἀσκληπιάδου γεγραμμένων ἐν τῷ περὶ ἀλωπεκίας βιβλίῳ.] Οὐ τοῦ νεωτέρου δηλονότι μέμνημαι νῦν Ἀσκληπιάδου, τοῦ συνθέσεις φαρμάκων ἀξιολόγους ἐν πολλοῖς γράψαντος βιβλίοις, ἀλλὰ τοῦ παλαιοτέρου τοῦ Βιθυνοῦ. οὗτος τοίνυν ὁ Ἀσκληπιάδης σεμνύνεται θεραπείας ἀγωγὴν εὑρηκέναι δι' ἧς ἰᾶσθαί φησιν πολλοὺς, ἀλωπεκίας δυσθεραπεύτους ἔχοντας, πλέον δέ φησιν εἰς τὴν θεραπείαν δύνασθαι τὴν ὅλην δίαιταν ἢ τὰ φάρμακα· περὶ μὲν οὖν τῆς διαίτης τάδε γράφει. ἀφεκτέον οὖν παντὸς οἴνου εἰς τέλος, διὰ ταύτας τὰς αἰτίας. εὔδηλον δ' ὅτι προείρηκεν αὐτὸς τὰς αἰτίας, ἃς ἔξεστι βουλομένῳ μαθεῖν, ἀναγνόντι

posueris, etiam si nihil praeterea aliud facias: decedit enim superna cutis et sanie serosa madet, capillique sua sponte subnascuntur. Vides itaque quomodo Archigenes ex thapsia pharmacum collaudet, neque enim aliud eo praestantius reperias. Auget autem fidem commoditatis ejus consona historia, quapropter et ego omnia, quae apud medicos expertos sunt medicamenta scribo.

[*De iis quae Asclepiades in libro de Alopecia scripsit.*] Non recentioris nunc mentionem facio Asclepiadae, qui memorabiles sane pharmacorum compositiones in multis libris conscripsit, sed vetustioris, Bithyni videlicet. Hic itaque Asclepiades curandi viam se reperisse gloriatur, per quam multos curatu difficiles alopecias habentes sanatos dicit. Verum plus ad curationem totam vivendi rationem valere quam pharmaca ipsa tradit. De vivendi ratione itaque haec scribit. Abstinendum itaque ab omni vino in totum, propter has ipsas causas. Manifestum vero est inde, ipsum antea retulisse causas, quas si quis discere velit, ex libri ipsius

Ed. Chart. XIII. [330.] Ed. Baf. II. (157.)

τὸ βιβλίον. εἶτ' ἐφεξῆς φησιν· ἀφεκτέον δὲ καὶ τοῦ λίαν ὑπερεμπίπλασθαι, κωλύει δὲ καὶ κρεῶν ἐσθίειν καὶ τυροῦ καὶ γάλακτος καὶ ὀσπρίων καὶ πάντων ἁπλῶς ὅσα δυνάμεις ἐν μικροῖς ὄγκοις ἔχει πολυτρόφους τε καὶ πνευματούσας, ἀλλὰ καὶ τὰ πολλὰ τῶν γυμνασίων κελεύει φεύγειν, ὥσπερ γε καὶ τὰ συνεχῆ λουτρὰ καὶ τοὺς πολλοὺς ἱδρῶτας. περὶ δὲ τῶν φαρμάκων τάδε γράφει κατὰ λέξιν. ἔστι δὲ τὸ μὲν πρῶτον σύγχρισμα τοιοῦτον. ♃ ἀφρονίτρου μέρη δύο, ἁλὸς ἀμμωνιακοῦ μέρος ἓν, κεκαυμένα λεάναντες, ὄξει διέντες ὡς δριμυτάτῳ μέχρι τοῦ λαβεῖν γλοιοῦ πάχος, προκαταξυσθείσης τῆς ἀλωπεκίας κούφως, ὥστε δασυνθῆναι καὶ ἔναιμον γενέσθαι τὸν τόπον, μετρίως καταχρίοντες τὴν κεφαλὴν καὶ τρίψαντες μέχρι τοῦ συλλαβεῖν καὶ εἰς βάθος παρενεχθῆναι τὸ φάρμακον, καλῶς προκαταχρίσαντες ἡσυχάζειν ἐῶμεν ἕως δείλης. ἔπειτα τὸ αὐτὸ ποιήσαντες τῇ ἑσπέρᾳ καὶ τῇ ἑξῆς καὶ τῇ τρίτῃ παραπλησίως, μεγάλην παραλλαγὴν εὑρίσκομεν. ἵσταται γὰρ ἡ νομὴ καὶ αἱ τρίχες καταψώμεναι καὶ μὴ διελκόμεναι μετὰ βίας ἀντείχοντο καὶ οὐκ ἀνεσπῶντο. ἔπειτα

lectione requirat. Deinde fubjungit: Abftinendum etiam nimia repletione. Prohibet autem et carnium efum et cafei et lactis et leguminum omniumque fimpliciter quae etiam exigua copia accepta vim habent, qua multum et nutriant et inflent. Quin et exercitia plurima fugere jubet, velut etiam affidue balnea et multas exudationes. Caeterum de pharmacis juxta feriem dictionis fic fcribit. Eft autem primum unguentum tale. ♃ Spumae nitri partes duas, falis ammoniaci partem unam, ufta trita acerrimoque aceto diluta, donec ftrigmentorum craffitudinem accipiant, praefcalptae leviter alopeciae, quo denfetur et cruentus reddatur locus, moderate illinimus, defricamusque donec caput ea concipiat et pharmacum in altum probe deferatur, atque ita quiefcere usque ad crepufculum finimus, poftea ad vefperam idem repetentes fimiliterque fequenti ac tertia die magnam permutationem reperimus. Siftitur enim depaftio et capilli dum raduntur, neque vi trahuntur, refiftunt et non evelluntur. Deinde fequenti die ex aceto praefrictis

τῇ ἑξῆς ἐπανατρίψαντες ἐν ὄξει (158) καταπλάττομεν, μέχρι τοῦ φλυκταίνας ἐπαναστῆναι καὶ ἕλκωσιν ἐπιπόλαιον λαβεῖν τὸ δέρμα. παρασχάσαντες δὲ τὰς φλυκταίνας καὶ ἄχρι δυεῖν ἡμερῶν ὑποδεξάμενοι τὸ ὑδατῶδες, τὸ ἀπὸ τῶν ἑλκῶν ῥέον, ἐχρώμεθα πάλιν τῷ αὐτῷ συγχρίσματι, φειδόμενοι τῶν ἑλκωδῶν τόπων καὶ ὑπερβαίνοντες, αὐτοὺς δὲ τοὺς ὑγιεῖς λαμβάνοντες καὶ τούτους καταψῶντες ἡσυχάζειν ἐῶμεν ἕως δείλης. ἔπειτα τὸ αὐτὸ ποιήσαντες καὶ ἀνατρίβοντες ἐπὶ βραχὺ, μέχρις ἑπτὰ καὶ ὀκτὼ ποιοῦντες ἡμερῶν, ἤδη που συνθεωροῦμεν ἀπὸ τῶν περάτων τῆς ἀλωπεκίας, οὐκ ἔτι λεπτὰς καὶ χνοώδεις τρίχας ὡς ἔμπροσθεν, ἀλλ' ἐμβριθεστέρας, ἔπειτα κατὰ μικρὸν ἀεὶ ταύτας ἐπιβαινούσας τοῖς ἐψιλωμένοις, συνεκλειπούσας δὲ πάλιν τὰς λεπτὰς καὶ ἀσθενεῖς ὁμοίου τινὸς συμβαίνοντος τοῖς ἡλκωμένοις. [331] καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν ἑλκῶν ἀπὸ τοῦ πέρατος ἡ οὐλὴ τὴν ἀρχὴν λαμβάνουσα τὸ ἔσχατον εἰς τὰ μέσα τοῦ ἕλκους ἀποτελευτᾷ, ἐπί τε τῆς ἀλωπεκίας τὰ πρὸς τῷ τετριχωμένῳ πρῶτα ἐξισχύει καὶ δασύνεται, τὰ δ' ἐν τοῖς μέσοις ὕστατα πάντων τριχο-

cataplasma apponimus, quoad bullae assurgant et cutis in superficie exulceretur. Bullas autem ubi diviserimus, atque ad duos dies aquositatem exceperimus, quae ab ipsis ulceribus prodit, inde rursus eodem unguento utimur, ulceratis tantum locis parcentes, eosque transgredientes. Sanos vero apprehendentes, eosque deradentes, usque ad crepusculum quiescere sinimus, quo idem repetentes multumque confricantes, usque ad septimum aut octavum id facere pergimus diem, quo sane tempore videmus jam ab extremis alopeciae non amplius tenues, ut ante, et lanuginosos prodire pilos, sed robustiores, postea paulatim etiam in partibus denudatis excrescente, vicissimque tenues et imbecilles deficientes. Contingitque simile quiddam quale in ulceratis videmus. In ulceribus enim cicatrix ab extremo initium faciens postremum in medio ulcere definit ac coit. Ita in alopecia partes pilosis vicinae primum convalescunt et densae pilis redduntur, quae vero in medio sitae sunt, omnium

φυεῖ. προκοπτούσης μὲν οὖν τῆς θεραπείας οὕτως, οὐδὲν προσδεόμεθα φαρμάκων ἑτέρων, ἀλλ' ἑνὶ τούτῳ διὰ πλείονος ἀεὶ χρόνου χρώμεθα καὶ ὑπήκουεν ἐπιεικῶς τὸ πάθος, εἰ μὴ παντελῶς εὐμεγέθης ἡ ψιλότης εἴη. τὸν δὲ μέσον χρόνον τῷ τε καταξυσμῷ τῷ διὰ τοῦ σμιλίου συνεχῶς ἐνηργοῦμεν, καὶ ἔστιν ὅτε τῇ ἀκμῇ τοῦ ὀξυβελοῦς ἐπικρούοντες τὸν χρῶτα διὰ τῶν νυγμάτων αἰμάτιον ἐκομισάμεθα σύμμετρον. ταῦτα προειπὼν ὁ Ἀσκληπιάδης αὐτοῖς ὀνόμασιν ἐφεξῆς ἀπεφήνατο περὶ ξυρήσεως ἐναντίως τοῖς ἄλλοις. οὐ γὰρ συνεχῶς, ἀλλ' ἐκ διαλειμμάτων κελεύει ξυρᾶσθαι τὸ πεπονθὸς μόριον, ὅταν ἤδη μετρίως παχεῖαι τρίχες ἐν αὐτῷ φύωνται. τὰς δ' ἀρχομένας ἔτι καὶ λεπτὰς οὐκ ἀξιοῖ ξυρᾷν. μετὰ δὲ τὸν περὶ τῆς ξυρήσεως λόγον ἐφεξῆς γράφει κατὰ λέξιν οὕτως. εἰ δὲ καταβραδύνοιτο τῆς τριχώσεως, ἐπὶ τὰς ὑπογεγραμμένας δυνάμεις καταφεύγομεν, εἰσὶ δὲ τοιαῦταί τινες. ἐχίνου χερσαίου τὴν κεφαλὴν ἢ τὸ δέρμα κατακαύσας καὶ τρίψας λεῖον μέλιτι δεύσας ἐπίχριε. ἄλλο. ἱπποκάμπον θαλάσσιον καὶ νίτρου μικρὸν συγκατακαύσας καὶ στέαρ χήνειον

poftremo pilos producunt. Si itaque curatio hoc modo processerit, reliquis medicamentis nihil opus habebimus, fed uno hoc per multum tempus femper utimur, ceditque benigniter affectio, nifi omnino magna nuditas exiftat. Medio autem tempore fcalpturam per acutum caelum affidue facimus. Aliquando etiam cuspide acuti fpiculi cute pertufa, per fiffuras ipfas fanguinem moderate elicimus. Haec his verbis praefatus Afclepiades deinceps de rafura contra quam alii tradit: neque enim affidue, fed per intervalla affectam partem radere jubet, ubi jam mediocriter denfi capilli in ea fuerint exorti, prodeuntes autem jam et adhuc tenues rafura non dignatur. Caeterum poft rafurae factam mentionem deinceps haec verba fcribit. Quod fi vero remoretur capillorum exortus, ad fubfcriptas compofitiones confugimus. Sunt autem tales. Erinacii terreftris caput, aut corium uftum tritum ac melle fubactum illinito. *Aliud.* Hippocampum marinum et nitri parum fimul exure

μίξας, κατάχριε προεκνιτρώσας τὸν τόπον. ἄλλο. θαψίαν ἐν ὕδατι δεύσας κατάχριε. ἄλλο. μυῶν τὰ διαχωρήματα μετ' ὄξους λειώσας κατάχριε. ἄλλο. καλάμου κυπρίου λαβὼν τὰ φύλλα καὶ κατακαύσας ἐπὶ κεραμίδος, ἔπειτα ῥητίνῃ πιτυΐνῃ ὡς πλεῖστον τῆς τέφρας ἀναλαβὼν, ἔμπλασσε καὶ προκατασχάσας τὴν ἀλωπεκίαν ἐπίθες καὶ ἐπίδησον. ἢ τὸν φλοιὸν ἢ τὴν κόμην τῶν καλάμων ὡσαύτως σκεύασον, ἔτι δὲ καὶ νίτρου τῆς τέφρας τὸ ἴσον μίξας καὶ πίττῃ ἀναλαβὼν χρῶ. ἔστι δὲ οὐκ ἄπρακτον, ἀλλ' ἱκανῶς ἐνεργοῦν. ἐπὶ τούτοις ὁ Ἀσκληπιάδης μνημονεύει καὶ τῶν μυιῶν, ἃς κελεύει θηρεύσαντας ὡς πλείστας εὐθέως ἐνθλίβειν τὰς κεφαλὰς αὐτῶν εἰς τὰ ἐψιλωμένα τῆς ἀλωπεκίας, καὶ μάλιστα, φησὶν, ἐπειδὰν ἑλκώσωμεν αὐτήν. καὶ γὰρ καὶ συμφέρει, φησὶ, τὸ ἀπὸ τῶν μυιῶν αἷμα παροξυνομένῃ τηνικαῦτα τοῖς διὰ τοῦ νίτρου καὶ τῶν ἁλῶν συντιθεμένοις φαρμάκοις, ὑφ' ὧν οὐ μόνον δάκνεσθαί φησιν αὐτὰς, ἀλλὰ καὶ φλυκταινοῦσθαι.

[*Περὶ τῶν ὑπὸ Σωρανοῦ γεγραμμένων πρὸς ἀλωπεκίας.*] Προειπών τινα κατὰ τὴν ἰδίαν ἀγωγὴν μνημονεύσας τε καὶ

adipeque anferino admixto, loco nitro praeparato illine. *Aliud.* Thapfiam aqua maceratam illine. *Aliud.* Murium ftercora cum aceto trita illine. *Aliud.* Calami Cyprii folia in olla exurito, deinde refina pinus cineris plurimum excipito et praefcarificatae alopeciae imponito ac obligato. Aut corticem five comam arundinum eodem modo praeparato, ampliusque nitri parem cineris modum admifceto et pice exceptis utitor. Eft autem non invalidum, fed plurimum efficax. Poft haec vero etiam mufcarum Afclepiades meminit, jubens quam plurima ipfarum capita, mox ubi captae funt, nudis alopeciae partibus affricari; atque id maxime, ubi alopecia fuerit exulcerata. Etenim confert, inquit, mufcarum fanguinem irritata tunc per medicamenta, quae ex nitro atque fale componuntur, nimirum, inquit, cum non mordeant haec ipfa tantum, fed bullas etiam in eis excitent.

[*De iis quae Soranus ad alopecias confcripfit.*] Soranus autem cum praedixiffet quaedam, quae juxta propriae

τῶν ὑπ' Ἀσκληπιάδου γεγραμμένων, ἐφεξῆς γράφει κατὰ λέξιν οὕτως. διὸ καὶ προσφάτου τυγχάνοντος αὐτοῦ συστολὴ τὸ πρῶτον ἁρμόσει, καὶ μετὰ ταῦτα ἁπλοῦν τροφίον εὔχυλον καὶ καταβροχὴ δι' ἐλαίου γλυκέος θερμοῦ, καὶ ἄρτος ἐν καταπλάσμασι, πυρίαι τε καὶ καταξυσμοὶ καὶ σικύαι καὶ κηρωτὴ καὶ ἀνάληψις. χρονίσαντος δὲ συνεχὴς ξύρησις καὶ φοινιγμὸς διὰ νάπυος καὶ ἀνατρίψεις αἱ γεγραμμέναι, ταῖς ἑξῆς ἐπιχριομένης πίσσης ἢ κεδρίνου ἐλαίου, καὶ δι' ἀνατρίψεως τῆς διὰ φύλλων συκῆς ἢ κρομμύων ἢ ὀθονίου περιειλημμένου τῷ λιχανῷ δακτύλῳ ἢ τῷ ἀντίχειρι καὶ μετὰ τὴν ἀνάτριψιν κατασχασμοί. ἔνιοι δὲ βελόνας συνδήσαντες, ὥστε τὰς ἀκμὰς ὑφ' ἓν ἔχειν, κατεκέντησαν δι' αὐτῶν τὸ δέρμα, μετὰ δὲ τὸν διὰ τῆς ἀνατρίψεως φοινιγμὸν καὶ τὸν κατασχασμὸν φάρμακα μετασυγκριτικὰ ἐπίχριστα ἢ ἐπίπλαστα. [332] τοιαῦτα δὲ πολλὰ κατὰ μέρος ἐστί. καὶ γὰρ καὶ κρόμμυον λεῖον ἢ ῥαφάνου φλοιὸς ἑκάτερον μετὰ μέλιτος ἐπιπλασσόμενον ἢ ἀφρονίτρου μέρος ἕν, ῥοῦ μέρη β'. καὶ ἁλὸς

fectae ductum digeffit meminiffetque eorum, quae Afclepiades fcripfit, deinde fic hac verborum ferie fubtexit. Quapropter ubi recens malum eft, primum abftinentia proderit, deinde fimplex exiguus cibus boni fucci et irrigatio ex oleo dulci calido et panis in cataplafmate, fomentaque et fcalpturae et cucurbitae ac cerata. Vires item reparentur. Inveterata autem jam affectione affidua rafura et rubificatio ex finapi et frictiones praefcriptae, ita ut in fequentibus diebus picem fuperlinas, aut oleum cedrinum. Proderit item rubificatio ex affrictu foliorum fici, aut caeparum aut linteoli Indici, aut pollici obvoluti et poft frictionem fcarificationes. Quidam vero acus colligantes ita, ut cufpides ipfarum in eundem locum porrigantur, per ipfas et cutem compungunt. Caeterum poft rubificationem per defrictionem inductam poftque fcarificationem pharmaca conveniunt metafyncritica, tum illita tum emplaftri modo impofita. Ejusmodi autem multa particulatim exiftunt. Nam et caepe tritum et raphani cortex, utrumque cum melle emplaftri more appofitum valet. Aut fpumae nitri pars una, rhois partes duae, falis

ἀμμωνιακοῦ μέρος ἕν, κεκαυμένα καὶ λελειωμένα μετ᾽ ὄξους δριμέος, ἄχρι τοῦ λαβεῖν γλοιοῦ πάχος. γέγραπται δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ, φησὶν, παρά τε Ἀσκληπιάδῃ καὶ Ἡρακλείδῃ τῷ Ταραντίνῳ καὶ Ἐλεφαντίδῃ καὶ Μοσχίωνι διὰ τοῦ κοσμητικοῦ, ἐξ ὧν ἔγραψε καὶ αὐτὸς τά θ᾽ ὑπ᾽ Ἀσκληπιάδου προγεγραμμένα καὶ ἄλλα τινὰ ὧν ἐφεξῆς μνημονεύσω. ℞ ἀρκτείου στέατος μέρος ἕν, καλάμου φύλλων κεκαυμένων τέφρας μέρος ἕν, σιδήρου στομώματος λεπίδα, ὄξει καὶ ἐλαίῳ μίξας παλαιῷ κατάχριε. ἄλλο. ℞ αἰλούρου ἢ κροκοδείλου κόπρου ∠ η'. νάπυος ∠ δ'. μετ᾽ ὄξους δριμέος. ἄλλο. ℞ κριθῶν κεκαυμένων καὶ μυοχόδων ἴσον, μετ᾽ ὄξους δριμέος. ἄλλο. ℞ κάρδαμον καὶ μυόχοδα καὶ ἐλλέβορον λευκὸν καὶ πέπερι, ἴσα μετ᾽ ὄξους δριμυτάτου. ἄλλο. νᾶπυ καὶ κάρδαμον ἢ σφονδύλιον καύσας καὶ λειώσας, ὄξει κατάχριε. ἄλλο. ℞ βατράχων κεκαυμένων ∠ ιη'. κισσήρεως κεκαυμένης ∠ ιβ'. ἐν ἄλλῳ ιε'. νάπυος ∠ η'. νίτρου ∠ δ'. καρύων κεκαυμένων ∠ κδ'. ἄλλο. καὶ κηρωτὴ διὰ πεπέρεως καὶ πυρέθρου καὶ ἀσβέστου καὶ μυρσίνου ἐλαίου. δεῖ δὲ καὶ

[*De iis quae Cleopatra in libro de ornatu ad achoras scripsit.*] Porro quae Cleopatra ad achoras scripserit, ea deinceps referentur illius ipsius verbis. Foenugraeco tenui cocto et in betae nigrae succo macerato caput eluatur, aut betae decocto, aut terra cimolia in his macerata atque exoluta inungatur, aut myrto laevigata ex vino et oleo, superneque betae folia imponantur. *Aliud ad valde ulceratos.* ℞ Cerussae frictae ʒ ij, thuris ʒ ij, sulfuris ʒ j, trita ex oleo illinito. *Aliud quod et ad furfures facit.* ℞ Nitri, atramenti sutorii, utriusque ʒ j, tritis oleum affundito et illinito. *Aliud ad achoras.* Myrrham et myrti albae folia viridia vino trita illinito. Aut terram cimoliam tor-

Ed. Chart. XIII. [356.] Ed. Baſ. II. (170.)

ἢ γῇ κιμωλίᾳ φωσθείσῃ σὺν οἴνῳ μέλανι κατάχριε. ἢ ψιμμυθίου καὶ μολυβδαίνης ἴσον ἑκάστου, σὺν μυρσίνῳ λειώσας κατάχριε. ἢ θείου ἀπύρου ∠ ςτ′. λιβάνου ἄῤῥενος ∠ α′. στυπτηρίας σχιστῆς, σταφίδος ἀγρίας, εὐζώμου, νίτρου ἀφροῦ ἀνὰ ∠ α′. χαλκάνθους ∠ α′. πηγάνου κλωνία τρία, λειώσας, ὄξος βάλε σύμμετρον καὶ δάφνινον ἔλαιον ἢ μύρσινον ἢ κρόκινον ἢ παλαιὸν ἔλαιον καὶ ποιήσας λιπαρὰν κατάχριε, προαποσμήξας τῷ σμήγματι τούτῳ. σμῆγμα. ℞ ὑσσώπου χοίνικα α′. θέρμων χοίνικας β′. πτισάνης χοίνικα α′. ἐρεγμοῦ χοίνικα α′. σικύου ἀγρίου ῥίζης δραχμὰς δ′. ταῦτα λειώσας μῖξον καὶ δίδου σμήχεσθαι. τὸ δ᾽ αὐτὸ ποιεῖ καὶ πρὸς λέπραν καὶ πρὸς ἰόνθους.

[Περὶ τῶν ὑπὸ Σωρανοῦ γεγραμμένων φαρμάκων πρὸς ἀχῶρας.] Ἐπειδὴ καὶ ὁ Σωρανὸς ἔγραψε περί γε τῶν ἀχώρων ἔν τε τῷ τετάρτῳ περὶ φαρμακείας καὶ ἐν τῷ μονοβίβλῳ φαρμακευτικῷ φάρμακά τινα καὶ ἡμῖν διὰ τῆς πείρας ἐγνωσμένα, τὰ μὲν αὐτοῖς χρησαμένοις, τὰ δὲ παρὰ τοῖς

refactam cum vino nigro illinito. Aut ceruſſae et plumbaginis aequales partes cum myrteo tritas illinito. Aut ſulfuris vivi ʒ vj, thuris maſculi ʒ j, aluminis ſciſſi, ſtaphidis ſilveſtris, erucae, ſpumae nitri, ſingulorum ʒ j, atramenti ſutorii ʒ j, rutae ramulos tres. Terito aceto moderate effuſo, item laurino aut myrteo aut crocino aut oleo veteri adſtillato, quo pinguis compoſito fiat eamque, ubi prius hoc ſmegma affricueris illinito. *Smegma* ℞ Hyſſopi choenicem j, lupinorum choenices ij, ptiſſanae choenicem j, fabae freſae choenicem i, radicis cucumeris ſilveſtris ʒ iij. Haec trita miſceto et affricanda praebeto. Idem et ad lepram et ad varos facit.

[*De iis medicamentis quae Soranus ad achoras ſcripſit.*] Quandoquidem vero et Soranus de achoribus tum in quarto de medicina, tum in unico medendi libro, quem monobiblum inſcripſit, pharmaca quaedam tradidit, quae etiam nobis per experientiam conſtant, partim quidem pro-

διδασκάλοις ἑωρακόσιν ἢ φίλοις ἰατροῖς καὶ ταῦτα προσθήσομεν, κατὰ λέξιν οὕτω γεγραμμένα. πολλῆς δὲ τῆς τῶν ἰχώρων ἀποκρίσεως ὑπαρχούσης, τῆς δὲ περιωδυνίας σφοδρῶς ἐγκειμένης, καταπλάττειν ἑφθῷ φακῷ λείῳ μετ᾽ ὀλίγου μέλιτος, ἢ ἄρτῳ μετὰ κοριάννου ἢ ἀρνογλώσσου ἢ στρύχνου ἢ στέρεως ἢ πολυγόνου ἢ περδικίου βοτάνης. ὁ μὲν οὖν Σωρανὸς, ὡς ἐπὶ πεπληγμένῳ τῷ πάθει τούτῳ τὰ τοιαῦτα βοηθήματα προσφέρει κατὰ τὴν ἰδίαν αἵρεσιν αἰτιολογῶν, φαίνεται δὲ ὄντως ὠφελοῦντα κατὰ τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς γενέσεις, τῷ κοινῷ λόγῳ τῆς ἀποκρούσεως. ἐφεξῆς δέ φησι, τῶν δὲ παροξυσμῶν παρενδιδόντων, ξυρᾷν τοὺς τόπους καὶ σμήχειν τῷ τῆς τήλεως ἀφεψήματι καὶ τῷ τοῦ τεύτλου καὶ τῶν ὁμοίων δι᾽ ὕδατος, οὐ δι᾽ οὔρου, ὡς καὶ ἡμεῖς ἔμπροσθεν ἐμεμψάμεθα τοὺς δι᾽ οὔρου τὰς μίξεις ποιουμένους. εἶθ᾽ ἑξῆς γράφει φάρμακα καὶ ἡμῖν, ὡς ἔφην, ἐγνωσμένα. ℞ μολυβδαίνης, θείου ἀπύρου τὸ ἴσον, λειώσας δὲ παράχει ῥόδινον ἢ μύρσινον ἢ σχίνινον, ἄχρι τοῦ γλοιῶδες ποιήσαντα

prio, partim vero praeceptorum aut medicorum amicorum usu cognita. Quare etiam ea ipsa hic apponemus juxta ipsius dictionem hoc modo tradita. Ubi multus saniei fluor existit et vexatio doloris vehementer incumbit, lenticulam coctam tritam cum exiguo melle cataplasmatis modo imponito. Aut panem cum coriandro aut plantagine aut solano aut seride aut polygono aut perdicio herba. Soranus quidem igitur velut in implicata affectione ejusmodi remedia adhibet, juxta propriam sectam ratiocinatus. Apparent autem re vera commoda in principiis et circa generationes communi repellendi ratione. Deinceps vero inquit: Ubi autem exacerbationes remiserint, radendi sunt loci et foenigraeci decocto aut betae et similium ex aqua, non urina confricandi, quemadmodum etiam nos prius reprehendimus eos, qui per urinam ejusmodi frictiones faciunt. Postea vero medicamenta scribit etiam nobis, ut dixi, cognita. Plumbaginis, sulfuris vivi aequales partes terito, et affuso rosaceo aut myrteo aut lentiscino, donec strigmentosum red-

Ed. Chart. XIII. [356. 357.] Ed. Baf. II. (170. 171.)

καταχρίε. ἄλλο. θείου ἀπύρου, λιθαργύρου, ψιμμυθίου, ἑκάστου τὸ ἴσον, κρόκου τὸ ἥμισυ λειώσας μετὰ γλυκέος Κρητικοῦ κατάχριε. ἄλλο. ℞ πηγάνου λείου δραχμὰς δ'. λιθαργύρου < η'. ὄξος καὶ ἔλαιον ῥόδινον μίξας κατάχριε. ἄλλο. ℞ λιθαργύρου < κ'. ἀσβέστου < κ'. ὄξους καὶ ἐλαίου ἀνὰ κοτύλην μίαν λεάνας ὡς τὴν λιπαρὰν κατάχριε. [357] ἄλλο. ℞ χαλκίτεως δραχμὰς β'. σαν(171)δαράχης < δ'. λιθαργύρου δραχμὴν α'. οἴνῳ αὐστηρῷ καὶ μυρσίνῳ συλλεάνας ἐπίχριε. ἐφεξῆς δὲ τούτῳ ὁ Σωρανὸς ἔγραψεν ἄλλο φάρμακον ἰσχυρὸν, ὃ κατὰ τὴν ἑαυτοῦ τῆς αἱρέσεως ἀγωγὴν ὠνόμασε μετασυγκριτικόν. ἔστι δὲ ἐπὶ τῶν χρονίων καὶ δυσλύτων ἁρμόζον, ᾧ καὶ χρώμενός τις τῶν φίλων ἰατρῶν εὐδοκίμει. ℞ ἐλαίου κεδρίνου ξε α'. ὄξους δριμέος ξε γ'. ἕψε ἄχρις ἂν ἐξατμισθῇ τὸ ὄξος, εἶτα ἐπίβαλε στέατος χοιρείου τεταριχευμένου παλαιοῦ λίτρας β'. τακέντος δὲ τούτου βαστάσας ἀπὸ τοῦ πυρὸς τὴν χύτραν, προσεπίπλασσε νίτρου λείου γο η'. θείου ἀπύρου γο στ'. σανδαράχης γο α'.

datur, illinito. *Aliud.* ℞ Sulfuris vivi, fpumae argenti, cerussae omnium aequales partes, croci dimidiam trita cum passo Cretico illinito. *Aliud.* ℞ Rutae laevigatae ʒ iiij, fpumae argenti ʒ viij, aceto et oleo rofaceo admixto illine. *Aliud.* ℞ Spumae argenti ʒ xx, calcis vivae ʒ xx, aceti ac olei heminam unam terito, ac velut pinguem compositionem illinito. *Aliud.* ℞ Chalcitidis ʒ ij, fandaraches ʒ quatuor, fpumae argenti ʒ j, vino auftero et myrteo oleo simul trita illinito. Huic vero deinceps Soranus aliud forte medicamentum fcripfit, quod pro fuae fectae inftituto metafyncriticum appellavit. Convenit autem in inveteratis et aegre cedentibus achoribus, ex ejusque ufu quidam medicus nobis amicus magnum nomen adeptus eft. ℞ Olei cedrini fextarium j, aceti acris fextarios iij, coquito donec exhalet acetum, deinde adjice adipis fuilli veteris fale fervati lib. ii, eoque liquefacto ollam ab igne auferto et nitri triti beffem, fulfuris vivi fexuncem, fandaraches ʒ i, infar

μετὰ δὲ τὸ ξηρανθῆναι τὸ καταχρισθὲν φάρμακον κέλευε σμήχεσθαι κατὰ τὸ βαλανεῖον, διά τε τῶν εἰρημένων καὶ δι᾽ οἴνου καὶ δι᾽ ὠῶν καὶ διὰ νίτρου καὶ δι᾽ ἀφεψήματος τῶν τοῦ ἀγρίου σικύου ῥιζῶν ἢ τρυγὶ ῥοδίᾳ καὶ κισσήρει μετὰ θερμοῦ ὕδατος.

Κεφ. θ'. [*Πρὸς ψυδράκια καὶ ἀχῶρας καὶ ἑλκύδρια καὶ ἐξανθήματα ἐν τῇ κεφαλῇ.*] Πρὸς τὰ εἰρημένα πάθη δεῖ προσφέρεσθαι, ἐπιτήδειον δίαιταν καὶ καθάρσει χρῆσθαι τοῦ σώματος καὶ τοῦ κρανίου, τοῖς δι᾽ ἀλόης κοκκίοις καὶ κολοκυνθίδος καὶ σκαμμωνίας, ἀναληφθέντων χυλῷ κράμβης τῶν διδομένων κοκκίων, εἶτ᾽ αὖθις τῇ τοπικῇ θεραπείᾳ χρῆσθαι, οἷόν ἐστι τὸ ἀδίαντον μετὰ ῥοδίνου ἐπιχριόμενον. ἢ τήλεως ἀφέψημα σμώμενον. ἢ μαλάχη μετὰ κριθίνου ἀλεύρου καταπλασσομένη. ἢ μελίλωτον σὺν τηλίνῳ ἀλεύρῳ, μετ᾽ οἴνου καταπλασσόμενον καὶ ἐρεβίνθων ἀφεψήματος καὶ αὐτοὶ ἑφθοὶ καταπλασσόμενοι, κάρυα πικρὰ μασηθέντα καὶ ἐπιχριόμενα. διαφορεῖ δὲ καὶ μάλιστα καὶ κρίνου ῥίζα σμωμένη καὶ λιβανωτὸς σὺν οἴνῳ καὶ ὕδατι καὶ θέρμων πι-

cito. Poſtquam vero illitum medicamentum exaruerit, in balneo per praedicta ſmegmata confricari jube, perque vinum et ova ac nitrum et per radicum cucumeris ſilveſtris decoctum, aut faece rhodia et pumice cum aqua calida.

Cap. IX. [*Ad pſydracia et achoras, puſtulasque ulceroſas et exanthemata in capite.*] Ad praeſcriptas affectiones convenienti victus ratione uti oportet; corporisque ac capitis purgationem adhibere, per pilulas ex aloë colocynthide et ſcammonia, ita ut braſſicae ſucco coactae ex his pilulae exhibeantur. Deinde ipſa locali curatione utendum eſt, cujus generis eſt adiantum cum roſaceo illitum. Aut foenigraeci decoctum affrictum. Aut malva cum farina hordeacea pro cataplaſmate impoſita. Aut melilotum cum farina foenigraeci ex vino impoſitum et cicerum decocto, ipſumque cicer coctum impoſitum, nuces amarae commanſae et illitae. Diſcutit autem maxime et lilii radix affricta et thus cum vino et aqua et lupinorum amarorum

Ed. Chart. XIII. [357.] Ed. Baf. II. (171.)

κρῶν ἀφέψημα σμώμενον, βολβοὶ σὺν νίτρῳ σμώμενοι, λίβανον μετ᾽ ὄξους καταχριόμενον, σίδια ῥόας μετὰ δαφνίνου ἐλαίου καταχριόμενα. καὶ ἀγχούσης ῥίζας καύσας καὶ λεάνας μετ᾽ ἐλαίου, ἕως σχῇ γλοιοῦ πάχος, ἐπίχριε τῷ πτερῷ καὶ ὠφελήσεις.

decoctum affrictum, bulbi cum nitro affricti thus ex aceto illitum, putamen mali punici cum laurino illitum. Aut anchusae radicem ustam et tritam cum oleo, donec strigmentitiam crassitiem accipiat, cum penna illinito et aegrum juvabis.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΣΥΝΘΕΣΕΩΣ ΦΑΡΜΑΚΩΝ ΤΩΝ ΚΑΤΑ ΤΟΠΟΥΣ ΒΙΒΛΙΟΝ Β.

Ed. Chart. XIII. [358.] Ed. Baf. II. (171.)

Κεφ. α'. Ὅσοι μὲν ἔγραψαν ἄνευ διορισμοῦ κεφαλαλγίας βοηθήματα, πλείονα βλάβην ἢ ὠφέλειαν εἰργάσαντο τοῖς πιστεύσασιν. οὐ γὰρ ἐπὶ μιᾷ διαθέσει πάντες ἀλγοῦσι κεφαλὴν, ἀλλ' αὗταί τε πλείους εἰσὶν αἱ διαθέσεις, ἥ τε ἴασις ἑκάστης αὐτῶν ἰδία. μία μὲν γὰρ διάθεσίς ἐστι κατὰ δυσκρασίαν ἁπλῆν ἄνευ χυμῶν, ἑτέρα δὲ ἐπὶ τῇ τούτων ποιότητι, καθάπερ γε καὶ τρίτη τις ἄλλη διὰ τὸ πλῆθος αὐτῶν

GALENI DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM SECVNDVM LOCOS LIBER II.

Cap. I. Quicunque citra diſtinctionem doloris capitis auxilia ſcripſerunt, majus detrimentum quam emolumentum iis qui eis fidem habuerunt attulere. Neque enim omnes ob unum affectum caput dolent, ſed tum ipſi affectus plures ſunt, tum curatio ipſorum ſingulorum propria exiſtit. Unus etenim affectus juxta intemperiem ſimplicem citra humorum complexum, alius juxta humorum

μόνον γιγνομένη καὶ πρὸς αὐταῖς, ὅταν ἐμφράξωσιν οὗτοι τὰς διεξόδους τῶν ὑγρῶν τε καὶ τῶν ἀτμῶν καὶ πρὸς ταύταις ἄλλη. ὅταν δι᾽ ἀσθένειαν ἔν τισι τῶν κατὰ τὴν κεφαλὴν μορίων πνεῦμα φυσῶδες ἐγγεννηθῇ, ἔσθ᾽ ὅτε καὶ διὰ προκαταρκτικήν τινα αἰτίαν, οἷον ἔγκαυσιν ἔξωθεν ἢ ψύξιν ἢ μέθην ἢ πληγήν. σφοδρόταται μὲν οὖν κεφαλαλγίαι γίγνονται κατὰ θερμότητα καὶ ψυχρότητα καὶ μάλισθ᾽ ὅταν ἀνώμαλοι τύχωσιν, μέτριαι δὲ αἱ κατὰ ξηρότητα. ταῖς δὲ ὑγρότησιν οὐδεὶς ἕπεται πόνος. ὡσαύτως δὲ κἂν ἐπὶ χυμοῖς πλεονάσασιν, ἤτοι κατὰ πάντα τὰ μόρια τῆς κεφαλῆς ἢ καθ᾽ ἓν ὁτιοῦν ἢ δύο συμβαίνει τὸ ἄλγημα. σφοδρότερον μὲν ἐγγίνεται διὰ τοὺς θερμούς τε καὶ ψυχροὺς, μέτριον δὲ ἐπὶ τοῖς ξηραίνουσιν ἄνευ θερμότητος ἢ ψύξεως ἐπιφανοῦς. οἱ δὲ ὑγραίνοντες ἀνώδυνοι τελέως εἰσὶν, ὅσον ἐπὶ τῇ ποιότητι· διὰ [359] γάρ τοι τὸ πλῆθος ὀργανικὰ νοσήματα ποιοῦσιν, οὔτι τῶν ὁμοιομερῶν, ἐφ᾽ ὧν μόνων αἱ κατὰ δυσκρασίαν

qualitatem, velut etiam tertius quispiam alius juxta multitudinem tantum ipſorum humorum contingit. Quibus accedit is qui fit, quum humorum aut vaporum viae intercipiuntur. Et ad haec alius eſt, quum in quibusdam capitis partibus, propter imbecillitatem flatuoſus ſpiritus innaſcitur. Quandoque etiam ob cauſam aliquam externam, velut eſt ardor externus, frigiditas, ebrietas, plaga capitis, dolor contingit. Vehementiſſimi igitur capitis dolores fiunt juxta caliditatem et frigiditatem, maxime quum inaequales exiſtant, moderati vero juxta ſiccitatem, ad humiditates vero nullus conſequitur dolor. Eodem modo quum ob redundantes humores, ſive juxta omnes capitis partes, ſive juxta unam quamcunque tandem, ſive duas, dolor contingit vehementior quidem ob calidos et frigidos, moderatior autem ob reſiccantes citra caliditatem, aut frigiditatem manifeſtam oboritur. Humectantes vero penitus nullum dolorem inducunt, quantum ad qualitatem ipſorum attinet: ob multitudinem ſane inſtrumentalium partium morbos faciunt, non tamen ſimilarium partium ullum aliquem, in quibus ſolum affectus juxta intemperiem ſimplicem fiunt. At vero affe-

ἁπλῆν γίγνονται διαθέσεις. αἱ δὲ διὰ πλῆθος ἄνευ μὲν ἐμφράξεως βαρύνουσι τὴν κεφαλὴν, σὺν ἐμφράξει δὲ μετρίως μὲν ὀδυνώδεις ἐπὶ ταῖς μετρίαις ἐμφράξεσιν, ἰσχυρῶς δὲ ἐπὶ ταῖς ἰσχυραῖς συμβαίνουσιν. ἐὰν δὲ καὶ δακνώδη ποιότητα τὸ πλῆθος ἔχει τοῦ χυμοῦ, καὶ κατὰ τοῦτο τὴν ὀδύνην αὐξήσει. αὗται μὲν αἱ διαφοραὶ τῶν διαθέσεων, ὅσον ἐπὶ τοῖς ποιοῦσιν αἰτίοις, ἕτεραι δὲ παρὰ τὴν τῶν πασχόντων μορίων φύσιν. ἐνίοτε μὲν γὰρ ἔξωθεν τοῦ κρανίου τὸ πάθος ἐστὶν, ἐνίοτε δὲ ἐντὸς, καὶ ποτὲ μὲν ἁπάντων τῶν ἐκτὸς ἢ τῶν ἐντός ἐστιν, ἐνίοτε δὲ οὐ πάντων, ἀλλ' ἑνὸς γένους σωμάτων ἀρτηριώδους ἢ φλεβώδους ἢ νευρώδους ἢ ὑμενώδους ἢ τοῦ δέρματος ἢ αὐτοῦ τοῦ ἐγκεφάλου. δυσκολώτατον οὖν ἐστι τὸ διαγνῶναι τὸν πεπονθότα τόπον, εἴτε εἷς ἐστιν εἴτε πλείους ὑπάρχουσιν ἑνὸς, ἤ τινες οὗτοι τυγχάνουσιν ὄντες, οὐ μὴν οὐδὲ τὴν διάθεσιν εὑρεῖν ἕτοιμον, ἀλλὰ καὶ τοῦτο γεγυμνασμένου δεῖται, κατά γε τὴν διὰ τοῦ λόγου γυμνασίαν, ἱστορίαν τε πολλὴν καὶ συνεχῆ τῆς τῶν καμνόντων διαθέσεως. ἰδιότητες γὰρ ἔνιαι μὲν ἄῤῥηται παν-

ctus ob humorum multitudinem citra quidem obftructionem caput gravant, cum obftructione vero, fiquidem ea moderata fuerit, moderatae dolorofi, fin fortis, fortiter contingunt. Quod fi etiam mordacem qualitatem humorum multitudo complectatur, etiam juxta hanc dolorem augebit. Atque hae quidem differentiae funt affectuum, quantum ad caufas attinet eos producentes. Aliae vero funt juxta affectarum partium naturam. Aliquando enim extra calvariam affectio eft, aliquando intra. Et quandoque quidem omnium exteriorum aut interiorum eft, quandoque non omnium, fed unius tantum corporum generis, arteriarum videlicet aut venarum aut nervorum aut membranarum aut cutis aut ipfius adeo cerebri. Itaque difficillimum eft affectum cognofcere locum, five unus five plures uno exiftant, aut qui tandem hi ipfi extent. Nec vero affectum invenire promptum eft, fed et hoc exercitato homine indiget, qui tum per rationis exercitium, tum per multam et affiduam affectus aegrorum infpectionem, eum cognofcat. Proprietates

τάπασιν, ἔνιαι δὲ δύσρητοι γίγνονται περὶ τὰ κάμνοντα σώματα, μόνοις τοῖς πολλάκις ἑωρακόσι γνώριμοι. συνενδείκνυνται δὲ τὴν διάθεσιν οὐ μικρῶς ἔνια τῶν προκαταρξάντων αἰτίων, ἃ καλεῖν ἔθος ἐστὶ τοῖς ἰατροῖς ἰδίως προκαταρκτικὰ, καθάπερ ὅταν ἐναργὴς αἴσθησίς τε καὶ βλάβη τοῖς κάμνουσιν αὐτοῖς ἐγκαύσεως ἢ ψύξεως γένηται. καὶ ῥᾳστόν γε τὰς διαθέσεις ταύτας ἰᾶσθαι προσφάτους, καὶ καλῶς ἀπ᾽ αὐτῶν ἤρξαντο τῶν ἰατρῶν ὅσοι μετὰ διορισμῶν ἔγραψαν τὰ βοηθήματα. πολλὰ μὲν οὖν τοῖς ἀρχαιοτέροις ἁπλᾶ τε καὶ σύνθετα φάρμακα γέγραπται τῶν τοιούτων διαθέσεων, ἐμοὶ δὲ κἀνταῦθα τὰ τῶν νεωτέρων εἰπεῖν ἀρκέσει, τά τε τοῖς πρεσβυτέροις εὑρημένα γεγραφότων, αὐτῶν τε προστεθεικότων ἕτερα. τὸν μὲν γὰρ καθόλου τῆς ἰάσεως σκοπὸν ἑκάστου τῶν παθῶν ὁ λόγος ἡμᾶς διδάσκει, τὰς δὲ τῆς ὕλης δυνάμεις ἡ πεῖρα. διὰ ταύτην οὖν αὐξάνεται τὸ πλῆθος τῶν βοηθημάτων ἐπὶ προήκοντι τῷ χρόνῳ καὶ ἤδη καιρὸς ἥκει τῷ λόγῳ τὰ καθ᾽ ἑκάστην διάθεσιν οἰκεῖα βοη-

enim aliquae quidem omnino dici non possunt, quaedam vero aegre circa aegrotantia corpora ostendi possunt, utpote quae tantum iis qui eas saepe viderunt cognitae existant. Non parum vero ad affectus cognitionem faciunt quaedam ex causis antegressis, quae privatim evidentes medicis vocantur, velut quum manifestus sensus et offensa ardoris aut frigoris aegris contigit, et facile sane ejusmodi affectus recentes sanantur, probeque et rite ab eis initium sumpserunt medici, qui praesidia ac auxilia morborum cum distinctionibus descripserunt. Multa quidem igitur a vetustioribus pharmaca simplicia et composita ad hujusmodi affectiones descripta sunt. Mihi vero etiam hic satis erit ex recentioribus apponere, qui sane tum ea quae veteres invenere conscripserunt, tum ipsi etiam alia quaedam addiderunt. Equidem universum curationis scopum singulorum affectuum ratio nos docet, at vero materiae facultatas experientia ipsa demonstrat. Per hanc igitur auxiliorum copia progressu temporis augetur. Atque adeo nunc tempus adest

θήματα γράφειν, τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῶν κατὰ μόνος τὰς ποιότητας ἐξισταμένων τοῦ κατὰ φύσιν ἑκάστου μορίου ποιησαμένῳ.

[*Τὰ ὑπ' Ἀπολλωνίου γεγραμμένα περὶ κεφαλαλγίας τῆς δι' ἔγκαυσιν.*] Ἀπολλώνιος μὲν οὖν ἐν τῷ πρώτῳ τῶν εὐπορίστων οὕτως ἔγραψε πρὸς κεφαλαλγίαν τὴν δι' ἔγκαυσιν. ῥοδίνῳ διάβρεχε συνεχῶς τὴν κεφαλὴν ἢ καὶ ἔριον ἢ καὶ ῥάκος εἰς ῥόδινον ἀποβάπτων ἐπιτίθει. ἄλλο. ναρκισσίνῳ μύρῳ ὡσαύτως χρῶ. ἄλλο. μηλίνῳ μύρῳ χρῶ παραπλησίως. ἄλλο. συκαμίνου χυλῷ δι' ὀθονίου ἐκτεθλιμμένῳ (172) καὶ ῥοδίνῳ ἴσῳ χρῶ. ἄλλο. ἀνδράχνης φύλλα κόψας καὶ καθ' αὑτὰ καὶ μετὰ παιπάλης ἀλφίτων κατάπλασσε. ἄλλο. κυπάρισσον ἁπαλὴν λείαν καὶ καθ' ἑαυτὴν καὶ μετὰ παιπάλης ἀλφίτων κατάπλασσε. ἄλλο. στρύχνον καὶ καθ' ἑαυτὸ καὶ μετὰ παιπάλης ἀλφίτων κατάπλασσε. ἄλλο. σήσαμον τρίψας καὶ ῥόδινον παραστάξας ἐπιτίθει. ἄλλο. ἀμπέλου φύλλα ἑψήσας λεῖα ἐν μελικράτῳ λεάνας ἐπιτίθει. ἄλλο. φύλλα κίκεως [360] συγκόψας καὶ ἐμβαλὼν εἰς ὕδατος ὅσον

ſermoni, propria auxilia juxta ſingulos affectus deſcribendi initium ab iis, quae ſecundum qualitates ſolas a naturali cujusque partis ſtatu diſceſſerunt facturo.

[*Quae Apollonius ſcripſit ad dolorem capitis qui ab ardore provenit.*] Apollonius igitur in primo de facile parabilibus ad capitis dolorem ab ardore provenientem ſic ſcripſit: roſaceo aſſidue caput irrigato, aut lanam, ſive linteolum roſaceo tingito et imponito. *Aliud.* Narciſſino unguento ſimiliter utitor. *Aliud.* Melino unguento eodem modo utitor. *Aliud.* Aut mori ſucco per linteolum expreſſo cum pari roſaceo utitor. *Aliud.* Portulacae folia tuſa per ſe et cum polentae flore imponito. *Aliud.* Cupreſſum teneram tritam per ſe et cum polentae flore imponito. *Aliud.* Solanum per ſe et cum polentae flore imponito. *Aliud.* Seſamum terito et roſaceo adſtillato, imponito. *Aliud.* Vitis ſolia cocta trita cum mulſa aqua imponito. *Aliud.* Folia ricini contuſa et in octo aquae hemi-

Ed. Chart. XIII. [360.] Ed. Baf. II. (172.)

ὀκτὼ κοτύλας καὶ ἐξαιθριάσας, τούτῳ τὴν κεφαλὴν κατάντλει καὶ μετὰ ταῦτα κατάπλασσε τοῖς πρὸς ταῦτα ἀναγεγραμμένοις. ἄλλο. κονύζης εὐώδους ἐμβαλὼν ὅσον δεσμὸν ἑκκαίδεκα δακτύλων εἰς ὕδατος ὅσον κοτύλας η΄. ἐξαιθριάσας κατάντλει πραέως. χρηστέον δ' ὑποστολῇ τροφῆς καὶ κοιλίας κενώσει καὶ ὕπνῳ καὶ ἡσυχίᾳ, φυλακτέον δὲ μάλιστα προσφορὰν οἴνου καὶ ἥλιον καὶ λουτρόν. ἔτι δὲ πυρίαν καὶ κραυγὴν καὶ διάτασιν καὶ πᾶσαν ταραχὴν διανοίας καὶ ἔκστασιν καὶ ἐν εὐπνοίᾳ διατριπτέον.

[Πρὸς κεφαλαλγίαν τὴν διὰ κατάψυξιν.] Ἰρίνῳ μύρῳ θερμῷ τὴν κεφαλὴν κατάβρεχε, χρῶ δὲ καὶ ἐρίοις καὶ ῥάκεσιν εἰς αὐτὸ ἀποβεβρεγμένοις. ἄλλο. δαφνίνῳ μύρῳ ὡσαύτως. ἄλλο. ἀλεύρῳ ἑφθῷ μετὰ μελικράτου χρῶ. ἄλλο. δάφνης φύλλα ἁπαλὰ μετὰ ἰρίνου μύρου τετριμμένα εἰς τὴν κεφαλὴν ἔγχει. ἄλλο. σαμψύχῳ λείᾳ μετ' οἴνου ἢ ῥοδίνου παραπλησίως χρῶ. ἄλλο. κύπειρον κόψας καὶ χηνείῳ μίξας στέατι τὴν κεφαλὴν κατάχριε. ἄλλο. ἐλάφειον κέρας κατακαύσας καὶ λαβὼν ὅσον ὀξύβαφον, οἶνον εὐώδη μίξας διπλα-

nas conjecta fub dio per noctem exponito et cum aqua caput perfundito, et poft haec, quae ad hujuscemodi affectum fcripta funt, emplaftri more apponito. *Aliud.* Conyzae odorae fafciculum decem et fex digitorum in aquae heminas octo conjectum fub dio per noctem exponito et leniter aquam effundito. Utendum et cibi fubtractione et ventris evacuatione fomnoque et quiete. Vitanda autem maxime vinum, fol et balneum, amplius autem et fomenta, clamor, contentio, omnisque mentis perturbatio et percuffio. Atque in loco bene perfpirabili degendum.

[*Ad capitis dolorem ex frigore.*] Irino unguento calido caput irrigato, utere etiam lanis ac linteolis in eo madefactis. *Aliud.* Laurino unguento fimiliter utere. *Aliud.* Farina cocta cum aqua mulfa utitor. *Aliud.* Lauri folia tenera cum irino unguento trita capiti infunde. *Aliud.* Sampfucho cum vino trito aut rofaceo fimiliter utitor. *Aliud.* Cyperum tufum adipe anferino admixto capiti illinito. *Aliud.* Cornu cervi exurito, ejusque acetabulo vinum odo-

σίονα καὶ τρίψας κατάχριε. ἄλλο. ἁρμόσει δὲ καὶ πυρία διὰ σπόγγων εἰς θερμὸν ὕδωρ ἀποβεβρεγμένων καὶ ἐκπεπιεσμένων, καὶ μάλιστα δάφνης φύλλων ἁπαλῶν ἐναφεψημένων ἢ σαμψύχου ἢ κυπέρου, καὶ πιλήματα μαλακῶν ἐρίων, μύρῳ ἰρίνῳ καὶ οἴνῳ καταρερασμένα, περὶ τὴν κεφαλὴν τιθέμενα, καὶ σκέπη καὶ ἀλέα καὶ ὑποστολὴ σιτίων καὶ κοιλίας κένωσις, ἔτι δὲ ὕπνος καὶ ἡσυχία, σώματος ἀνάπαυσις, εὐθυμία. φυλακτέον δὲ ὁμοίως καὶ κραυγὴν καὶ διάτασιν καὶ οἴνου προσφορὰν καὶ κατάψυξιν. ταῦτα μὲν ὁ Ἀπολλώνιος ἔγραψε βοηθήματα δι᾽ ἔγκαυσιν κεφαλαλγίας. ὀνομάζουσι δ᾽ ἔγκαυσιν τὴν ἐξ ἡλίου θερινοῦ κατὰ τὴν κεφαλὴν γινομένην θερμότητα μόνιμον. ἅπαντες γὰρ οἱ ἄνθρωποι θερμαίνονται τὴν κεφαλὴν ἐν ἡλίῳ θερινῷ διατρίψαντες ἐπὶ πλέον, οὐ μὴν παραμένει γε πᾶσιν ὁμοίως ἡ θερμότης, ἀλλ᾽ εὐθὺς παύεται. τισὶ μὲν γὰρ καὶ πρὸ τοῦ λουτροῦ, τοῖς πλείστοις δὲ λουσαμένοις. ὅσοις δ᾽ ἂν παραμείνῃ, διάθεσιν τῆς κεφαλῆς ἤδη κατὰ ἕξιν, οὐ κατὰ σχέσιν ἡγούμενοι γεγονέναι καλοῦσιν ἔγκαυσιν. ἐνίοτε μὲν οὖν μόνη συνίσταται δυσκρασία

ratum dupla menfura admifceto, terito ac illinito. *Aliud.* Convenient et fomenta per fpongias calida imbutas et expreffas, maxime fi lauri folia tenera in aqua fuerint incocta, aut fampfuchi aut cyperi, et lanarum mollium pilei unguento irino et vino rigati, capitique circumpofiti. Item tegmina et tepor et ciborum fubtractio ac ventris evacuatio. Amplius autem et fomnus et quies et corporis tranquillitas ac laetitia. Vitanda vero fimiliter clamor, contentio, vini potus et frigiditas. Haec quidem auxilia adverfus capitis dolorem ex ardore oborto Apollonius fcripfit. Appellant autem ardorem ex fole aeftivo circa caput factam perfeverantem caliditatem. Omnes enim homines in fole aeftivo diutius verfantes capite incalefcunt, non tamen omnibus aequaliter caliditas permanet, fed ftatim quiefcit, quibusdam etiam ante balneum, plerisque vero poft lotionem, quibuscunque autem permanferit, affectum capitis jam folutu difficilem, non vero folutu facilem factum fuiffe exiftimantes ardorem appellant. Aliquando igitur fola intem-

Ed. Chart. XIII. [360.] Ed. Baf. II. (172.)

τῆς ἐπὶ τὸ θερμότερον ἐν τῇ κεφαλῇ γινομένης διαθέσεως, ἐνίοτε δὲ καὶ πλῆθος χυμῶν ἢ ἀτμῶν ἐπ᾽ αὐτὴν ἀναθεῖ, καὶ μάλιστα ὅταν ἀνατρέφηταί τις ἐν ὅλῳ τῷ σώματι πλεονεξία χυμῶν, ἣν ὀνομάζουσιν οἱ περὶ τὸν Ἐρασίστρατον πληθώραν. γίνεται δὲ αὕτη τῶν τεττάρων χυμῶν ἀνάλογον αὐξηθέντων ἢ τοῦ αἵματος μόνου, ὡς ὅταν γέ τις τῶν ἄλλων αὐξηθείη χυμῶν, οἵπερ εἰσὶ φλέγμα καὶ χολὴ ξανθὴ καὶ μέλαινα, τὴν τοιαύτην αὔξησιν οὔτε πληθώραν οὔτε ἁπλῶς πλῆθος, ἀλλὰ μετὰ προσθήκης ὀνομάζουσι πλῆθος φλέγματος ἢ χολῆς ξανθῆς ἢ μελαίνης ὑπάρχειν ἐν τῷ σώματι φάσκοντες. τοῖς δ᾽ ἐξ ἐγκαύσεως ἀλγοῦσι τὴν κεφαλὴν τὸ δέρμα ξηρότερον τῇ ἁφῇ κατὰ τὴν πρώτην ἐπιβολὴν φαίνεται, τούς τε ὀφθαλμοὺς ἐρυθροὺς ἔχουσι. χαίρουσι δὲ καὶ τοῖς ψυχροῖς προσαντλήμασί τε καὶ ἀλείμμασι. καταρχὰς μὲν οὖν ἀποκρουστικῇ θεραπείᾳ χρηστέον, ἐκ τῆς τῶν ψυχόντων καὶ στυφόντων γινομένῃ. μετὰ δὲ ταῦτα τῶν παρηγορικῶν καὶ πεπτικῶν φαρμάκων τι μιγνύναι χρὴ τοῖς ἀποκρουστικοῖς, εἶτά τι καὶ τῶν διαφορητικῶν προσθετέον, ἀφαι-[361]

periea confiftit, affectu circa caput calidiore facto, aliquando vero etiam humorum aut vaporum multitudo ad ipfum caput effertur, et maxime quum redundantia quaedam humorum, quam Erafiftrati fectatores plethoram vocant, in toto corpore fubalitur. Fit autem haec quatuor humoribus ex aequo auctis, aut etiam fanguine folo. Nam quum alius quispiam humor redundarit, velut eft pituita et flava bilis itemque nigra, ejusmodi redundantiam non plenitudinem neque fimpliciter plenitudinem, fed cum appofitione pituitae aut bilis flavae aut nigrae, in corpore factam plenitudinem dicunt. Caeterum eis, qui ex ardore caput dolent, cutis tactui aridior ad primum contactum apparet, oculosque rubros habent, frigidisque tum perfufionibus tum illitionibus gaudent. Principio igitur repulforia curatione utendum eft, ex refrigerantibus et aftringentibus conftante. Poftea vero mitigatoria et concoctoria medicamenta repellentibus admifcere oportet, deinde etiam ex difcufforiis quip-

Ed. Chart. XIII. [361.] Ed. Baf. II. (172.)

ροῦντα κατὰ βραχὺ τῶν ἀποκρουστικῶν φαρμάκων. ἄριστα δὲ τῶν προσφερομένων μάλιστα ὅσα λεπτομερῆ ταῖς οὐσιαις ἐστί. διὸ καταρχὰς μὲν ἄμεινόν ἐστι τῷ ῥοδίνῳ καλῶς ἐσκευασμένῳ ψυχροτάτῳ καταντλεῖν τὴν κεφαλὴν, στρόφιον ἐρίου περιθέντας ἐν κύκλῳ, κατὰ μὲν τὸ μέτωπον ἔνθα παύεται τὸ τετριχωμένον αὐτῆς μέρος, ἐφ᾽ ἑκάτερα δὲ τοῦδε καθὸ τοῖς ὠσὶ συνάπτει τὸ τετριχωμένον καὶ τόδε ἀπὸ τοῦδε μετὰ τὴν κορυφὴν, οὐ μὴν πολλῷ ταύτης κατωτέρω. οὔτε γὰρ ἐκκαίεται ῥᾳδίως τὸ καλούμενον ἰνίον μέρος τῆς κεφαλῆς οὔτε ἀλύπως ἀνέχεται τῶν ψυχόντων διὰ τὸ τὴν ἀρχὴν ἐνταῦθα εἶναι τοῦ νωτιαίου μυελοῦ, στελέχους δίκην εἰς κλάδους πολλοὺς σχιζομένου, περὶ ἑξήκοντά που τὸν ἀριθμὸν νεῦρα. ἡ δὲ κατὰ τὸ βρέγμα καλούμενον χώρα τῆς κεφαλῆς διὰ τὸ χαλαρὸν τῆς κατὰ τὴν στεφανιαίαν ῥαφὴν συναρθρώσεως καὶ τὴν τῶν ὀστῶν λεπτότητά τε καὶ χαυνότητα, ῥᾳδίως τήν τε θερμότητα καὶ τὴν ψύξιν ἁπάντων τῶν ὁμιλούντων φαρμάκων εἴσω διαδίδωσιν, ὥστε κἂν ψῦξαί ποτε δέοι τὴν ἐξ ἐγκαύσεως θερμότητα, κἂν θερμῆναι

piam addendum, paulatim detractis medicamentis quae repellunt. Optima autem cenſenda ſunt, quae tenuium partium ſubſtantia praedita adhibentur. Quapropter in principio quidem melius eſt roſaceo probe apparato quam frigidiſſimo caput perfundere, lanae faſciculo in orbem circumpoſito, juxta frontem quidem, ubi piloſa ejus pars deſinit, juxta utrumque vero ejus latus, ubi pili ipſi ad aures nectuntur, exinde vero poſt verticem, non tamen longe inferius. Neque enim facile exuritnr capitis ea pars, quae occiput appellatur, neque etiam citra moleſtiam refrigerantia ſuſtinet, propterea quod iſtic principium medullae ſpinalis exiſtat, ad ſtipitis modum in multos ramulos diviſae in ſexaginta ferme juxta numerum nervos. At vero regio capitis juxta ſinciput, propter laxitatem coarticulationis juxta coronalem ſuturam et ob oſſium tenuitatem et raritatem, facile tum caliditatem tum frigiditatem omnium quae adhibentur medicamentorum intro diſtribuit. Quare ſive refrigerare oportet ex aeſtu caliditatem, ſive calefacere fri-

Ed. Chart. XIII. [361.] Ed. Baf. II. (172.)

τὴν ψύξιν, ἐπιτήδειος ἡ κατὰ τὸ βρέγμα χώρα τῆς κεφαλῆς. ἀρίστη δὲ κατὰ τὰς ἀρχὰς ψύξις ἡ διὰ ῥοδίνου ψυχροῦ, θερινῆς τῆς ὥρας οὔσης, ἐν ᾗ μάλιστα φιλεῖ τὸ τῆς ἐγκαύσεως πάθημα γίνεσθαι. λέλεκται δέ μοι περὶ ῥοδίνου πολλάκις, ὡς ἄριστόν ἐστιν ἐξ ἐλαίου μὲν ὠμοτριβοῦς ἢ ὀμφακίνου, διττῶς γὰρ ὀνομάζουσιν αὐτὸ, χωρὶς ἁλῶν ἐσκευασμένου, ῥόδων δὲ ἐναποβεβρεγμένων αὐτῷ πλείστων ἐσκευασμένου. ἔστω δὲ μὴ παλαιὸν τὸ ῥόδινον, ἀλλὰ κατ᾽ ἐκεῖνο τὸ ἔτος ἐσκευασμένον, ἤτοι κατὰ τὸ ἔαρ ἢ ἀρχομένου τοῦ θέρους. ἐφεξῆς δὲ τῷ ῥοδίνῳ τὸ χαμαιμήλινόν ἐστιν, ἐφ᾽ ὧν σωμάτων δεδοίκαμεν ἔμψυξιν σφοδρὰν ἐργάσασθαι. ταῦτα δέ ἐστι τά τε τῶν γυναικῶν καὶ τὰ τῶν εὐνούχων καὶ τὰ τῶν παιδίων, ὅσοι τε μαλακὴν ἔχουσι τὴν σάρκα καὶ λευκὴν τὴν χρόαν, ἀήθεις τέ εἰσιν ἡλίου. καὶ τὸ μέτρον καὶ τῆς τοῦ ῥοδίνου καὶ χαμαιμηλίνου ψύξεως, ἔκ τε τῶν εἰρημένων ἕξεων τοῦ σώματος καὶ τοῦ τῆς ἐγκαύσεως μεγέθους εὑρίσκειν χρὴ, καὶ προσεπισκοπούμενον τήν τε ἡλικίαν τοῦ κάμνοντος καὶ τὴν τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς ἀέρος κρᾶσιν, οὐχ

giditatem, aptiffimus eft capitis juxta finciput locus. Optima autem in principio refrigeratio ex rofaceo frigido, aeftivo tempore exiftente, in quo maxime ardoris affectio oboriri confuevit. Dictum autem eft mihi de rofaceo jam faepe, quod optimum eft ex oleo crudo, quod omotribes et omphacinon bifariam appellant, citra falis admixtionem confecto, rofis quamplurimis ad ipfius irrigationem praeparatis. Sit autem rofaceum non vetus, fed eo ipfo anno confectum five in vere five principio aeftatis. Proximum a rofaceo chamaemelinum oleum locum habet in iis corporibus, quibus vehementem frigiditatem inducere veremur, qualia funt foeminarum et eunuchorum ac puerorum et quicunque molli carne praediti albumque habentes colorem foli funt infueti. Menfuram autem tum rofacei tum chamaemelini, quod ad refrigerationem attinet, ex praedictis corporis habitibus et ex ardoris magnitudine invenire oportet, confiderata fimul aegri aetate et ambientis nos aëris temperie, non minus autem et domo, in qua aeger

ἥκιστα δὲ καὶ αὐτοῦ τοῦ οἴκου καθ' ὃν ὁ κάμνων κατάκειται. ψύξεις δὲ ὅσα προσφέρεις ἐνιστὰς ὕδατι πάνυ ψυχρῷ. μὴ παρόντος δὲ τούτου χιόνι περιπλάσσεις τὸ ἀγγεῖον· ἡ τοιαύτη βοήθεια κἂν χυμῶν ἢ ἀτμῶν πλῆθος ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ὁρμήσῃ, βοηθεῖ γενναίως. ἀποκρούεται γὰρ ταῦτα καὶ ὠθεῖ κάτω τοῦ σώματος, ὥστε ἐγὼ ἐπὶ μυρίων τούτῳ τῆς ἰάσεως τῷ τρόπῳ χρησάμενος οὐκ ἐδεήθην ἑτέρου. καὶ γὰρ εὐπορία ψυχρῶν πηγῶν ἐν Ῥώμῃ πολλὴ καὶ χιόνος, ὥσπερ γε καὶ παρ' ἡμῖν ἐν Περγάμῳ καὶ κατὰ τὰς πλείστας τῶν ἐν Ἀσίᾳ τε καὶ κατὰ τὴν Ἑλλάδα πόλεων. ἐν (173) δὲ ταῖς θερμαῖς χώραις, οἵα καὶ ἡ τῶν Αἰγυπτίων ἐστὶν, ἐν ᾗ καὶ πηγῶν ψυχρῶν ἀπορία καὶ χιόνος, ἀναγκαῖόν ἐστι προψύξαντα τὸ ῥόδινον ἐκ τοῦ δι' ὅλης νυκτὸς ὑπαίθριον θεῖναι, πρὸς αὔραν τινὰ μετεστραμμένον οὕτως ἐπεμβάλλειν αὐτῷ χυλὸν ἀειζώου ἢ ἀνδράχνης ἢ θριδακίνης ἢ ψυλλίου ἢ πολυγόνου καί τι καὶ στρύχνου ποτὲ βραχὺ καὶ ἑλίκων ἀμπέλου καὶ ὀμφάκων, ἔτι γὰρ ὄμφακές εἰσι θέρους ὥρᾳ. μήκωνος δὲ καὶ μανδραγόρου φυλάττεσθαι χυλὸν, οὐκ ἀβλα-

decumbit. Refrigerabis autem quaecunque adhibere veles in aqua vehementer frigida collocata, quae ſi non adſit, nivem vaſculo circumpones; hoc auxilium, ſive humorum ſive vaporum multitudo in caput impetum faciat, praeclare auxiliatur, repellit enim eos infraque in corpus detrudit adeo, ut ego in ſexcentis hoc medendi modo uſus nullo alio habuerim opus. Nam et frigidorum fontium multa Romae ubertas eſt et nivis, quemadmodum apud nos in Pergamo et in plurimis Aſiae Graeciaeque civitatibus. At vero in calidis regionibus, qualis eſt Aegyptus, in qua et fontium frigidorum et nivis penuria eſt, neceſſarium eſt praefrigerato roſaceo per expoſitionem ſub dio per integram noctem et per obverſionem ad aurae alicujus afflatum, ita demum addere ei ſempervivi ſuccum aut portulacae aut lactucae aut pſyllii aut polygoni, quin et ſolani aliquando paululum et pampinorum vitis et uvarum immaturarum, tales enim ſunt adhuc tempore aeſtatis. At papaveris et mandragorae ſucco abſtinendum, non enim citra damnum

βῶς γὰρ ἐμψύχει. φυλάττεσθαι καὶ τὰ μετὰ τοῦ ψύχειν στύφοντα σαφῶς, ὥστε ἀνάγκης ποτὲ καταλαβούσης ὀλίγον αὐτῶν μιγνύναι χρὴ τοῖς ψύχουσι. διὰ τοῦτο καὶ στρύχνου χυλὸν ἢ οὐδ' ὅλως μίγνυμεν ἢ βραχὺν παντάπασιν. οὕτω δὲ καὶ ῥοιᾶς καὶ μήλου καὶ μεσπίλου. [362] καλλίων δὲ ὁ χυλὸς τῶν ὀξειῶν ῥοιῶν εἰς τοῦτο, μᾶλλον γὰρ ἐμψύχει. μηδενὸς δὲ τοιούτου παρόντος, ἐν ἀγρῷ ποτε κολοκύνθης ξύσμα χυλίσας ἔμιξα χυλῷ σταφυλῆς ἀώρου· χρήσαιτο δ' ἄν τις ἐν τοιούτῳ χωρίῳ καὶ στέρεως χυλῷ καὶ θριδακίνης τῆς ἀκηπεύτου τε καὶ ἀγρίας, ἣν ἰδίως ὀνομάζουσιν θριδακίνην, τὴν γὰρ κηπευομένην ὀνομάζουσι θρίδακα. καὶ ὁ τῶν συκαμίνων δὲ χυλὸς ἐπιτήδειος εἰς ἔμψυξιν, ἔστω δὲ μὴ λίαν πέπειρα. φαλακροῦ δὲ τοῦ κάμνοντος ὄντος ἢ βραχείας παντελῶς ἔχοντος τὰς τρίχας, ἡ εὐπορία πλείστη τῶν ἐμψυχόντων ἐστίν. ὅσα γὰρ ἐρυσιπελάτων ἐπιστάμεθα βοηθήματα διὰ καταπλασμάτων τε καὶ κηρωμάτων ὑγρῶν, ταῦτα πάντα τοῖς ἐγκεκαυμένοις ἁρμόττει. Ἀπολλώνιος δὲ καὶ τὰ τοῦ

reſrigerat. Vitanda etiam quae cum refrigeratione manifeſte aſtringunt, quare ſi quando neceſſitas poſtulet, parum quiddam ex eis ad refrigerantia admiſcere oportet. Propterea ſane et ſolani ſuccum aut nunquam penitus aut omnino parce admiſcemus, ſic etiam mali punici et mali et meſpili. Ad hanc tamen rem malorum punicorum acidorum ſuccus praeſtantior eſt, magis enim refrigerat. Porro quum aliquando ruri degerem, nihilque horum ad manum eſſet, cucurbitae ramenta exuccata ad uvae immaturae ſuccum admiſcui. Poterit autem quiſpiam in tali loco etiam ſeridis ſucco uti lactucaeque tum hortenſis tum ſilveſtris, quam proprie thridacinen appellant, hortenſem enim thridaca vocant, et mororum ſuccus aptus ad refrigerandum, ſint autem non valde matura. Quod ſi calvus ſit aeger aut omnino breves habeat pilos, maxima ubertas refrigerantium exiſtit. Quaecunque enim ad eryſipelata auxilia ſcimus ex cataplaſmatis et ceromatis humidis, ea omnia ab ardore exuſtis conveniunt. Caeterum Apollonius ricini folia tenera tuſa in

κίκεως ἁπαλὰ φύλλα κοπέντα βαλεῖν εἰς ὕδωρ ἀξιοῖ, κἄπειτα τῆς νυκτὸς ὅλης ὑπαίθριον θέντας ὅλον τὸ ἀγγεῖον, ἐν ᾧ ταῦτα περιέχεται, κατὰ τὴν ὑστεραίαν χρήσασθαι. ἐγὼ μὲν οὖν οὐ πάνυ τι πεπείραμαι τῆς τοῦ κίκεως δυνάμεως, εἰκὸς δὲ τὸν Ἀπολλώνιον ἐν Ἀλεξανδρείᾳ διατρίψαντα χρόνῳ πολλῷ κεκρικέναι διὰ μακρᾶς ἐμπειρίας τὴν δύναμιν αὐτοῦ· τὸ μέντοι γε γενόμενον ἔλαιον ἐκ τοῦ κίκεως οἶδα σαφῶς θερμότερον ὑπάρχον τῇ δυνάμει τοῦ παρ' ἡμῖν ἐλαίου, διὸ καὶ μὴ παρόντος αὐτοῦ τῷ παλαιῷ χρώμεθα. νομίζω δὲ καὶ ποταμογείτονα καὶ τὸν Νειλῶον σρατιώτην ἔχειν τι ψυκτικὸν, καὶ θαυμάζω πῶς οὐκ ἐμνημόνευσεν αὐτῶν ὁ Ἀπολλώνιοις, ἀλλὰ καὶ ὁ παρ' ἡμῖν τρίβολος, ὥσπερ καὶ τὸ πολύγονον, ἔχει τι καὶ αὐτὰ ψυκτικὸν, ἁπαλὰ δηλονότι καὶ οὐδέπω σκληρὰ καὶ ξηρὰ γεγονότα. τὴν δὲ κόνυζαν οὐ μόνον ἀδύνατον ψύχειν, ἀλλὰ καὶ θερμαίνειν μετρίως δυναμένην οἶδα, καὶ θαυμάζω πῶς αὐτὴν ἔγραψεν ὁ Ἀπολλώνιος ἐν τοῖς ψύχουσιν. εἴπερ δὲ καὶ ἀπὸ δένδρων ἢ θάμνων ἐπικουρίαν δέοι πορίζεσθαι κεφαλῇ θερμοτέρᾳ τοῦ κατὰ φύσιν,

aquam conjicere jubet, et deinde per totam noctem vafculum, in quo continentur, fub dio exponere et poftera die uti. Ego quidem igitur non valde expertus fum ricini facultatem, verifimile eft autem Apollonium, qui longo tempore in Alexandria vixit, per magnam experientiam vim ejus cognoviffe. Atqui oleum ex ricino factum manifefte cognovi calidius effe facultate oleo, quod apud nos eft, quare etiam fi non praefens fit, veteri utimur. Puto autem et potamogetonem et niliacum ftratioten quiddam refrigerativum habere, mirorque eorum Apollonium nullam mentionem feciffe. Quin et tribulus apud nos, velut etiam polygonum, quiddam refrigerans habent, tenera videlicet et nondum dura ac ficca facta. Conyzam autem non folum refrigerare impoffibile eft, verum et moderate calefacere potentem novi, et miror fane cur Apollonius eam inter refrigerantia retulerit. Quod fi et ab arboribus et fruticibus auxilia ad caput praeter naturam calidius petere oporteat,

Ed. Chart. XIII. [362.] Ed. Baf. II. (173.)

ἄγνος ἐπιτηδειοτέρα πρὸς τοῦτο καὶ ἄμπελος καὶ σχῖνος καὶ πλάτανος, εἴ τις λαβὼν αὐτῶν ἁπαλὰς τὰς βλάστας, εἶτα τρίψας ἐκθλίψειεν αὐτῶν τὸν χυλόν. Ἐρασίστρατος δέ φησι μέγιστον εἶναι προφυλακτικὸν ἐπὶ τῶν θερμαινόντων ἕξεων, ὅταν ἡλιοῦσθαι μέλλωσιν, εἰ σπόγγον πλατὺν καὶ πυκνὸν καὶ κοῖλον βρέξας εἰς ὕδωρ καὶ ἐκπιέσας σφόδρα ἐπιθήσεις τῇ κεφαλῇ. τοῖς ἐπ᾽ ἐγκαύσει κεφαλαλγοῦσιν ὑπεναντίως ἔχει τὰ σημεῖα τῶν ἐπὶ ψύξει· καὶ γὰρ καὶ ἀσύμπτωτον καὶ ἄχρουν ἐστὶν αὐτῶν τὸ πρόσωπον καὶ τοῖς ψυχροῖς οὔτε χαίρουσιν οὔτε πρὸς αὐτῶν ὠφελοῦνται. καθάπερ δ᾽ ἡ ἔγκαυσις οὐκ ἔστι δύσλυτος διάθεσις, οὕτως οὐδὲ ὅτε ψύξις ἐκ τοῦ περιέχοντος γένηται, δυσκόλως θεραπεύεται πρόσφατος, ἀλλ᾽ ἀρκεῖ πηγάνειον ἔλαιον θερμὸν καταντλήσαντα κατὰ τοῦ βρέγματος, ὡς εἴρηται, τελέως ἀπαλλάξαι τὸν ἄνθρωπον. εἰ δὲ καὶ σφοδροτέρας δεήσοι θερμασίας, ἐπεμβάλλειν εὐφόρβιον τῷ ἐλαίῳ καὶ ὅσα διὰ πεπέρεως σκευάζεται. ἀλείφειν δὲ μύροις τοῖσδε χρὴ τὸ μέτωπον καὶ ῥινῶν τοὺς πόρους, μάλιστα μὲν ἰρίνῳ καὶ ἀμαρακίνῳ καὶ ναρδίνῳ. καὶ

vitex convenientior ad hoc exiftit et vitis et lentifcus et platanus, fi quis eorum teneris germinibus acceptis deinde tritis ab ipfis fuccum exprimat. Erafiftratus vero magnum quoddam praefervativum in calidioribus habitibus tradit, quum videlicet eos folem perferre oportet, fi fpongiam latam et denfam ac cavam in aqua madefactam et probe expreffam capiti imponas. Porro figna dolentium caput ob frigiditatem contraria funt eis, quae ex ardore oboriuntur. Nam et fubtumida et decolor ipforum facies exiftit, et frigidis neque gaudent, neque ab eis juvantur. Quemadmodum autem ardor non aegre folubilis affectio eft, ita neque frigiditas ex ambiente nos aëre contracta difficulter curatur, fi recens eft, fed fufficit oleum rutaceum calidum fincipiti ut dictum eft, affufum perfecte hominem liberare. Si vero vehementiori calefactione opus fit, euphorbium in oleum conjiciatur et quaecunque ex pipere medicamenta conftant Inungenda autem eft frons aurium et narium meatus hifce unguentis, maxime quidem irino et amaracino et nardino

κομμωτικὰ δὲ τῶν θερμαινόντων ἐστὶ καὶ ταῦτα δὴ τὰ πολυτελῆ τῶν πλουσίων γυναικῶν ἀλείμματα. καλοῦσι δὲ αὐτὰ κατὰ τὴν τῶν Ῥωμαίων φωνὴν φουλιάτα τε καὶ σπικάτα. τοῦ δὲ ὀποβαλσάμου πολλάκις ἐπειράθημεν οὐδὲν σαφῶς ὀνήσαντος οὐδεμίαν διάθεσιν θερμαίνεσθαι δεομένην. ὥσπερ δὲ τὸ πηγάνειον ἁρμόττειν ἔφην, οὕτω καὶ τὸ σαμψύχινον καὶ τὸ δάφνινον ἐπαινῶ καὶ τὸ ἑρπύλλινον, πολλάκις καὶ ἐπὶ πολλῶν αὐτοῖς χρησάμενος· διδόναι δὲ καὶ οἶνον λεπτομερῆ καὶ κινήσει κεχρῆσθαι κελεύειν καὶ λουτροῖς θερμοῖς καί ποτε ἀπὸ ῥαφανίδων ἐμέτῳ.

[363] [Περὶ τῶν χρονιζουσῶν ἐν τῇ κεφαλῇ διαθέσεων θερμῶν τε καὶ ψυχρῶν.] Ἐπὶ τῶν χρονιζουσῶν κεφαλαλγικῶν διαθέσεων ἀναγκαῖον γίνεσθαι ξυρὰν τὴν κεφαλὴν, ἢ ἐν χρῷ πάνυ κείραντα φάρμακα προσφέρειν ἐμπλαστρώδη τε καὶ κηρωτοειδῆ καὶ ὑγρά. τὰ μὲν οὖν ἐμπλαστρώδη τε καὶ κηρωτοειδῆ τῇ ξυρηθείσῃ κεφαλῇ, τὰ δὲ ὑγρὰ τῇ βραχυτάτας ἐχούσῃ τρίχας. ἔστι δὲ καὶ ἡ τούτων ὕλη πολυειδὴς, τῶν μὲν

Quin et comptoria unguenta ex calefacientium numero existunt, atque adeo ipsa opulentarum foeminarum pretiosa unguenta, quae foliata et spicata Romae appellant. Opobalsamum vero saepe experti sumus, nullum manifestum commodum ad ullam aliquam affectionem calefactione indigentem conferre. Quemadmodum autem rutaceum oleum convenire dixi, sic etiam sampsuchinum et laurinum laudo itemque serpyllinum, saepe et in plerisque ipsis usus. Dandum etiam vinum tenuium partium et motus corporis praecipiendus lavacraque calida et quandoque a raphano vomitus.

[*De inveteratis capitis affectibus calidis et frigidis.*] In inveteratis capitis doloribus ac affectibus necessario pilos radimus, aut valde ad ipsam usque cutem praesecamus, et medicamenta tum emplastrorum ac ceratorum forma tum etiam liquida adhibemus. Atque ea quidem quae emplastrorum ac ceratorum formam habent rasis penitus adhibemus, liquida vero his, qui brevissime praesectos pilos habent. Est

Ed. Chart. XIII. [363.] Ed. Baf. II. (173.)
μᾶλλον, τῶν δὲ ἧττον ψυχόντων τε καὶ θερμαινόντων. τὰ μὲν οὖν ψύχοντα μεταφέρειν ἀπὸ τῶν θεραπευόντων τὰ ἐρυσιπέλατα, τὰ δὲ θερμαίνοντα διὰ τῶν θερμαινόντων φαρμάκων συνθετέον, ὧν ἁπλούστατον μέν ἐστι τὸ δι᾽ εὐφορβίου σκευαζόμενον, ἀρκεῖ δὲ μίαν γο ἐμβάλλειν εὐφορβίου τρισὶ κηροῦ τετηκυίαις ἐν ἐλαίου λίτρᾳ μιᾷ. χρῆσθαι δὲ ἐλαίῳ πρὸς πάντα τὰ θερμαίνεσθαι πάθη δεόμενα μήτε ὀμφακίνῳ μήτε τῷ συνήθως ὑπὸ πάντων ὀνημαζομένῳ Ἱσπανῷ μήθ᾽ ὅλως ἐσκευασμένῳ μετὰ θαλλῶν, ἀλλ᾽ οἷόν ἐστι τὸ ἐκ πεπείρων ἐλαιῶν γινόμενον, ἐν πολλοῖς ἔθνεσιν ἄνευ θαλλῶν ἐμβλήσεως. ἄριστον δὲ ὧν οἶδα τὸ Σαβῖνόν ἐστιν, οὐ πόῤῥω Ῥώμης ἐν τῇ Σαβίνων χώρᾳ γεννώμενον. ὅσα δὲ οἱ νεώτεροι τῶν ἰατρῶν, οἱ καλοῦντες ἑαυτοὺς μεθοδικοὺς, ὀνομάζουσι μετασυγκριτικὰ φάρμακα, ταῦτα πάντα χρήσιμα ταῖς τοιαύταις διαθέσεσίν ἐστιν, ὧν τὰ κάλλιστα ἐν τῷ τῆς πραγματείας τῆς πρὸ ταύτης ἑβδόμῳ εἴρηταί μοι. μεταβαί-

autem et horum materia multiformis, quod partim quidem magis, partim vero minus refrigerent et calefaciant. Ea igitur quae frigefaciunt, ex iis quae eryfipelata curant, transferenda funt, calefacientia vero ex medicamentis calefactoriis componenda, quorum fimpliciffimum eft ex euphorbio praeparatum. Sufficit autem unciam euphorbii unam ad tres cerae liquefactae in olei lib. una conjicere. Utendum autem oleo ad omnes affectus calefactione opus habentes, neque omphacino neque eo quod vulgo ab omnibus Hifpanum appellatur neque omnino eo, quod cum olearum germinibus praeparatur, fed eo quod ex maturis olivis conficitur apud plerasque gentes citra germinum injectionem. Optimum autem ex eis quae ego novi eft Sabinum non procul ab urbe Roma in Sabinorum regione prognatum. Caeterum medicamenta, quae recentiores medici fe ipfos methodicos appellantes, metafyncritica appellant, ea omnia ad hujusmodi affectus commoda exiftunt, ex quibus optima etiam in feptimo libro hujuscemodi tractationis, quae ante hanc a me edita eft, relata funt. Tempus igitur

νειν οὖν ἤδη καιρὸς ἐπ' ἄλλην διάθεσιν κεφαλῆς, παραγράψαντα πρῶτα τὰ ὑπὸ Ἀπολλωνίου γεγραμμένα κατὰ λέξιν οὕτως ἔχοντα.

[Τὰ ὑπὸ Ἀπολλωνίου γραφέντα πρὸς κεφαλαλγίαν τὴν διὰ μέθην καὶ ἀκρατοποσίαν.] Χρηστέον δὲ πᾶσι τοῖς ἀναγεγραμμένοις βοηθήμασι πρὸς τὰς γινομένας δι' ἔγκαυσιν κεφαλαλγίας, ἐπιπλεῖστον δὲ τῶν ἀλγημάτων ἰσχυόντων πηγάνου φύλλοις τετριμμένοις μετὰ ὄξους καὶ ῥοδίνου, ὡς γλοιοῦ πάχος τὴν κεφαλὴν ἐγχριστέον. ἄλλο. καρύοις πικροῖς μετ' ὄξους καὶ ῥοδίνου τετριμμένοις, ὡς γλοιοῦ πάχος τὴν κεφαλὴν ἐγχριστέον. ἄλλο. ἴριδι ξηρᾷ καὶ ἄγνῳ ξηρᾷ μετ' ὄξους τετριμμένοις καὶ ῥοδίνου παραπλησίως χρῶ. ἄλλο. δάφνιδι καὶ πηγάνου φύλλοις μετ' ὄξους καὶ ῥοδίνου τετριμμένοις χρῶ. συνοίσει δὲ ὕπνος, ἔνδεια, ἡσυχία, σώματος ἀκινησία, πόμα ὕδωρ θερμὸν, μελίκρατον, κένωσις. ταῦτα μὲν Ἀπολλώνιος ἔγραψε, καὶ τούτου γε αὐτοῦ χάριν ἐπαινεῖν χρὴ (174) τὸν ἄνδρα, τοῦ μετὰ διορισμῶν ὑπὲρ ἑκάστου τῶν βοηθημάτων γράψαι, μηδὲ Ἀρχιγένους αὐτὸ πεποιηκό-

jam eft me ad alium capitis tranfire affectum, afcripturum primo quae ab Apollonio confcripta funt, quae juxta illius dictionem hoc modo habent.

[*Quae Apollonius ad capitis dolorem ex ebrietate et meri potu fcripferit.*] Utendum eft omnibus defcriptis auxiliis ad dolorem capitis ab ardore obortum. Quod fi dolores amplius invalefcant, rutae folia cum aceto et rofaceo trita ftrigmenti craffitie capiti illinenda. *Aliud.* Nuces amaras cum aceto et rofaceo ad ftrigmentitiam fpiffitudinem tritas capiti illinito. *Aliud.* Iridem ficcam ac viticem aridum cum aceto et rofaceo eodem adhibe modo. *Aliud.* Lauri baccam et rutae folia cum aceto et rofaceo trita adhibeto. Conveniet autem fomnus, inedia, quies, corporis tranquillitas. In potu aqua calida, aqua mulfa et evacuatio. Haec quidem Apollonius fcripfit. Atque hujus rei gratia laudare virum decet, quod cum difcrimine de unoquoque auxilio fcripfit, quum neque Archigenes id ipfum fecerit,

τος, ὃν ἐχρῆν ὕστερον Ἀπολλωνίου γεγονότα προστεθεικέναι τι τῇ τῶν ὁρισμῶν ἀκριβείᾳ. ἀλλὰ τὰ μὲν ὑπ' ἐκείνου κατὰ τὸ πρότερον τῶν φαρμάκων γεγραμμένα μικρὸν ὕστερον εἰρήσεται· τὰ δέ μοι διὰ μακρᾶς πείρας κριθέντα περὶ τῆς ἐξ οἴνου πόσεως κεφαλαλγίας ἤδη διηγήσομαι, τὴν μὲν ἐλπίδα τῆς ἐξ αὐτῶν ὠφελείας ἐκ τῆς διαθέσεως εὑρόντι, τὴν δὲ ἀκριβῆ βάσανον αὐτῶν διὰ πολλῆς πείρας ποιησαμένῳ. τὴν γάρ τοι κεφαλαλγίαν οἱ θερμότεροι τῶν οἴνων ταῖς κράσεσι γεννῶντες ἐνδείκνυνται πληροῦσθαι πάντως μὲν ἀτμῶν τὴν κεφαλὴν, ἔστι δ' ὅτε καὶ χυμῶν, ὅσοι θερμοὶ ταῖς κράσεσιν. καὶ γὰρ καὶ χωρὶς οἴνου πόσεως οἱ τοιοῦτοι πρὸς τὴν κεφαλὴν ἑτοίμως ἀναφέρονται. χρεία τοίνυν ἐστὶν ἰάσεως ἐχούσης σκοπὸν τὸν μὲν καθόλου πρῶτον ἁπάντων κοινὸν τὸν κενώσεως δεόμενον. ἐπεὶ δὲ θερμοὶ τυγχάνουσιν ὄντες οἱ πεπληρωκότες τὴν κεφαλὴν ἀτμοὶ, [364] καὶ τῆς ἐμψυχούσης αὐτοὺς βοηθείας ἐστὶ χρεία. κελεύειν οὖν πρότερον, εἰ ἄπεπτος ὁ οἶνος μένει, ἐμεῖν τοὺς κεφαλαλγοῦντας, ὕδωρ πεπωκότας χλιαρόν. εἰ δὲ καὶ μετὰ πέψιν

quem, quum posterior Apollonio natu sit, apponere quidpiam ad discriminum certitudinem oportebat, verum quae ipse in priore de medicamentis libro conscripsit, paulo post referentur. At vero quae ego per longam experientiam de capitis dolore ex vini potu cognovi jam exponam, utpote qui spem quidem utilitatis ipsorum ex affectu inveni, diligentem autem comprobationem per multam experientiam feci. Capitis itaque dolorem ex vinorum temperie calidorum productum indicat, quod ipsum caput omnino vaporibus repletur, quandoque etiam humoribus calida temperie praeditis, nam et citra vini potum ejusmodi ad caput prompte deferuntur. Curatione itaque opus est, quae scopum primum universalem et communem omnibus habeat, nimirum evacuatione indigentem. Quum vero calidi sint qui caput repleverunt humores, etiam refrigerante eos medela opus erit; jubendi igitur sunt, si crudum adhuc in eis vinum permaneat, ut tepida aqua hausta vomant, sin autem

κεφαλαλγοῖεν, τοῖς ἐμψύχουσι κεχρῆσθαι καὶ ἀποκρουστικοῖς, οἷόν ἐστι τὸ ῥόδινον, καθ' ἑαυτό τε καὶ σὺν ὄξει ἢ μετὰ χυλοῦ κισσοῦ ἢ κράμβης. καὶ αὐτὰ δὲ τὰ φύλλα τῆς κράμβης ἀποβρεχθέντα θερμῷ καὶ περιτεθέντα τῇ κεφαλῇ καὶ δεθέντα φυσικῶς ἀντιπαθεῖ τῇ μέθῃ. φροντιστέον δὲ ὕπνου τε καὶ ἡσυχίας, κἀπειδὰν ταῦτα πραχθῇ, δι' ὅλης ἡμέρας εἰς ἑσπέραν χρὴ λούσαντα θρέψαι τροφαῖς εὐχύμοις μὲν, οὐ μέντοι θερμαινούσαις. εἰσὶ δὲ τοιαῦται πτισάνης χυλὸς καὶ ῥόφημα ἐκ χόνδρου καὶ ἄρτος μεθ' ὕδατος καὶ τὰ ῥοφούμενα τῶν ᾠῶν ἄνευ γάρου. μιγνύσθω δὲ αὐτοῖς μέλιτος ὅσον αὔταρκες ἡδῦναι· εἰ δὲ πρὸς τοῦτο ἀνεπιτηδείως ἔχουσιν οἱ λαμβάνοντες, ἁλῶν τῶν ἡδυσμένων. τῶν δὲ λαχάνων θριδακίνη μὲν, ὡς εὔχυλός τε καὶ ψυκτικὴ, κράμβη δὲ ὡς ἀτμῶν ξηραντική. οὕτω δὲ καὶ ὀσπρίων ἡ φακή. ποτῷ δὲ πάντως μὲν ὕδατι χρηστέον. ἀλλ' ἐπεί τινων ὁ στόμαχος ἐπὶ ταῖς ὑδροποσίαις ἀνατρέπεται, ῥοιὰν αὐτοῖς ἐπιδοτέον ἢ μόνην καθ' ἑαυτὴν ἢ μετὰ χόνδρου τακεροῦ, καλῶς ἑψημένου θερμοῦ. καὶ τὰ κιστιανὰ δὲ καλούμενα μῆλα κατὰ

et poft concoctionem caput doleant, refrigerantibus utendum eft ac repellentibus, quale eft rofaceum per fe et cum aceto aut hederae aut braſſicae fucco. Quin et ipfa braſſicae folia calida irrigata capitique circumpofita ac obligata naturaliter ebrietati refiftunt. Caeterum fomni ac quietis cura in primis habenda eft, quod ubi factum fuerit per totum diem ad vefperam lotum, boni fucci cibis, non tamen calefacientibus nutrire oportet. Sunt autem tales ptifanae fuccus et forbitio ex alica et panis ex aqua et ova forbilia absque garo, admifceatur autem eis ex melle quantum ad condimentum fatis fuerit, fi vero ad mel accipiendum non fuerint appofiti, fales conditorii mifcentor. Ex oleribus eft lactuca, utpote boni fucci et refrigeratoria, et braſſica, ut quae vapores reficcet. Sic et ex leguminibus lens eft. Potu vero omnino aqua utendum eft. At vero cum ftomachus in quibusdam propter aquae potum fubvertatur, malum punicum eis infuper exhibendum eft, aut folum per fe aut cum alica flaccida calida probe cocta. Quin et mala

Ed. Chart. XIII. [364.] Ed. Baf. II. (174.)

τὴν Ῥωμαίων πόλιν ἄνευ μὲν ἑψήσεώς ἐστιν αὐστηρὰ, μετὰ δὲ τὴν ἕψησιν εὐστόμαχα γίνεται. χρὴ δὲ ἑψεῖν αὐτὰ κατὰ χύτραν καινὴν, ὕδωρ ἐπιχέοντα θερμὸν, εἶτα κρεμάσαντας ἐν τῷ ἀγγείῳ τὸ μῆλον ὑποκαίοντάς τε τὴν χύτραν, ὅπως ἐκ τοῦ ὕδατος ἀναφερόμενος ἀτμὸς θερμὸς τὴν ἕψησιν αὐτοῦ παρασχῇ. καὶ σταφίδες δὲ καὶ ἄπιοι τινὲς μὲν ὠμαὶ, τινὲς δὲ ὡς τὸ μῆλον ἑψημέναι ῥωννύουσι τὸν στόμαχον. ἀπέχεσθαι δὲ βαλάνων φοινίκων, ἔχουσι γὰρ ἰδιότητά τινα κεφαλαλγίας ποιητικήν. εἰ δὲ ἐπὶ τούτοις ὑπνῶσαι καλῶς οὐ δυνηθεῖεν, ἐπὶ λουτρὸν ἄγειν αὐτοὺς κατὰ τὴν ὑστεραίαν ὅτι τάχιστα, καταχέοντας ἐν τῷ βαλανείῳ θερμὸν ὕδωρ πολλάκις, εἶθ᾽ ὑπνώσαντας ἢ πάντως ἡσυχάσαντας ἐν τῷ μεταξὺ, πάλιν ἐπὶ τὸ λουτρὸν ἄγειν τὸ δεύτερον, εἶθ᾽ οὕτως τρέφειν, ὡς κατὰ τὴν προτεραίαν· εἰ δὲ μετρίως ἔχοιεν, ὑδροποτεῖν τε μὴ δύνηνται, συγχωρεῖν ὑδαρὲς πόμα προσφέρεσθαι τῶν ὑδατωδῶν οἴνων, ὁποῖός ἐστι κατὰ μὲν τὴν Ἰταλίαν ὁ Σαβῖνος, ἐν Ἀσίᾳ δὲ Τιτακαζηνὸς καὶ Ἀρσυήνιος καὶ Ἀριούσιος. αἱ δὲ τροφαὶ μετρίως ἔχουσιν αὐτοῖς

cestiana appellata in urbe Romana citra coctionem quidem sunt austera, post coctionem vero stomacho satis commoda fiunt. Coquenda autem sunt ipsa in ollam novam aqua modica infusa, deinde malo in olla suspenso, igneque sub ollam conjecto, quo vapor ex aqua calidus sublatus coctionem ipsi malo praebeat. Uvae passae etiam et pyra, aliqua quidem cruda, aliqua vero ut malum ipsum cocta stomachum corroborant. Abstinendum vero a glandibus palmarum, proprietatem enim quandam habent capitis dolorem inducendi. Quod si vero post haec probe dormire non possint, ad balneum postridie quam celerrime deducantur, calidaque aqua eis in balneo saepe affundatur, deinde ubi dormierint aut omnino interposito tempore quieverint, rursum ad balneum ducendi sunt, deinde velut pridie connutriendi. Si vero moderate habeant et aquam bibere non possint, permittendus est eis potus aquosus ex aquosis vinis, quale est in Italia Sabinum, in Asia Titacazenum et Arsyenium et Ariusium. Quin et moderate ha-

καὶ ὄρχεις ἀλεκτρυόνων καὶ τὰ πτερὰ καὶ τῶν ἰχθύων οἱ πετραῖοι καὶ ἁπαλόσαρκοι δοθήσονται καὶ περιστερᾶς που νεογνός. ἑψήσθω δὲ πάντα ταῦτα χωρὶς γάρου καὶ οἴνου κατὰ τοὺς λευκοὺς καὶ ἁπλοῦς ζωμοὺς, ἐν οἷς ὕδωρ ἐστὶ μόνον μετ᾽ ἐλαίου καὶ ἀνήθου καὶ βραχέος πράσου, τὴν ἕψησιν παρεσχημένον, ἐπεμβαλλομένων ἁλῶν ὀλίγων, οὐκ εὐθὺς τοῦ ἑψήματος ἐν ἀρχῇ, ἀλλ᾽ ὅταν ἤδη πως γένωνται τακεροί. εὔδηλον δ᾽ ὅτι καὶ αὐτοὺς καὶ πάντας τοὺς τὴν κεφαλὴν ἀλγοῦντας αὐξανομένης μὲν ἔτι καὶ ἀκμαζούσης τῆς ὀδύνης ἡσυχάζειν ἄμεινον, ἐνδιδούσης δὲ καὶ παρακμαζούσης, ἐν ἐπιτηδείοις χωρίοις περιπατεῖν. ἐπιτήδεια δὲ τοῖς μὲν θερμαίνεσθαι δεομένοις τὰ θερμότερα τοῖς δὲ ψύχεσθαι τὰ ψυχρότερα, καὶ πρὸ μὲν τῆς τροφῆς πλείοσι περιπάτοις χρηστέον, ἐπὶ δὲ τῇ τροφῇ βραχέσι τε καὶ νωθροῖς. χρὴ δὲ μήτε ἐδηδοκέναι πολλὰ μήτε εὐθέως περιπατεῖν, ἀλλὰ μετὰ δύο που καὶ τρεῖς ὥρας ἢ καὶ πλείονας. ἐὰν δέ ποτε τῶν ἀνελθόντων ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ἀτμῶν τε καὶ χυμῶν ὑπολειφθῇ τι λείψανον ἐσφηνωμένον πόροις λεπτοῖς καὶ διὰ τοῦτο

bentibus gallorum testiculi et alae et ex piscibus petrosi et teneris carnibus praediti exhibebuntur et columbarum pulli. Haec vero omnia citra garum et vinum in albis ac simplicibus jusculis coquantur, in quibus aqua sola cum oleo et anetho ac exiguo porro coctionem perficiat, exiguo adjecto sale, non statim in principio coctionis, sed quum jam aliquo modo flaccida facta fuerint ac victa. Manifestum vero, quod tum hos tum omnes qui caput dolent augescente adhuc et vigente dolore quiescere melius est, remittente vero ac decrescente in locis aptis deambulare. Apti sunt autem iis, qui calefieri opus habent, loci calidiores, qui frigefieri, frigidiores. Et ante cibum quidem pluribus deambulationibus utendum, post acceptum vero cibum brevibus et lentis. Oportet autem neque multa comedere neque statim deambulare, sed post duas aut tres aut etiam plures horas. Quod si quando ex vaporibus et humoribus in caput sublatis reliquiae quaedam relinquantur tenuibus poris ac meatibus impactae et ob id etiam capi-

μὲν ἐκ τοῦ σώματος ἀναφέρεται τὸ φυσῶδες πνεῦμα, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἀπὸ τοῦ στομάχου κεφαλαλγικῶν ἐλέχθη, πότε δὲ ἐν τῇ κεφαλῇ γεννᾶται· καὶ γὰρ ἡ γαστὴρ ἐκφυσᾶται ἐνίοτε δυσλύτως. ἐνίοτε δὲ καὶ τῶν μετ᾽ αὐτὴν ἐντέρων ποτὲ μὲν ἡ νῆστις ἢ τὸ λεπτὸν ἔντερον, ἔστι δ᾽ ὅτε τὸ κῶλον. οὐδὲν οὖν θαυμαστὸν οὐδὲ ἀδύνατόν ἐστι τὴν αὐτὴν διάθεσιν ἔν τισι τῶν κατὰ τὴν κεφαλὴν μορίων γινομένην τὸ φυσῶδες πνεῦμα γεννᾷν, οὗ τῆς γενέσεως ἐν τοῖς κατὰ τὴν γαστέρα τόποις τὴν αἰτίαν εὕρομεν, ἔνδειαν θερμασίας τοσαύτης ὡς γεννᾷν ἐκ τῶν σιτίων τε καὶ ποτῶν ἀτμῶδές τε καὶ φυσῶδες πνεῦμα. δι᾽ ἀῤῥωστίαν δὲ τῆς περισταλτικῆς δυνάμεως ἐκφυσᾶσθαί τε καὶ πληροῦσθαι τὴν ἐντὸς εὐρυχωρίαν τῶν οὕτω παθόντων μορίων, ὥστε διατείνεσθαι μὲν διὰ τὴν πλήρωσιν, ὀδυνᾶσθαι δὲ διὰ τὴν τάσιν. εὑρέθη γὰρ οὖν καὶ ταῦθ᾽ ἡμῖν, ἐν οἷς περὶ τῶν ἀλγημάτων τὰς κοινὰς καὶ γενικὰς ἐσκοποῦμεν, ὡς ἐν τῷ διαλύεσθαι τὸ συνεχὲς τῶν ὁμοιομερῶν σωμάτων ἡ ὀδύνη γίνοιτο. διαλύει δ᾽ αὐτὴν τὰ διαβιβρώσκοντα καὶ τὰ τέμνοντα καὶ τὰ διατείνοντα καὶ τὰ

etenim ex corpore flatulentus ſpiritus affertur, quemadmodum in doloribus capitis ex ſtomacho relatum eſt, aliquando vero in ipſo capite generatur. Venter namque interdum aegre ſolubili modo inflatur, interdum vero etiam poſt ipſum ſita inteſtina, quandoque quidem jejunum aut tenue inteſtinum, quandoque etiam colum. Nihil igitur mirum eſt neque impoſſibile eundem affectum in quibusdam juxta caput partibus obortum flatulentum ſpiritum generare, cujus generationis in locis circa ventrem cauſam invenimus, tanti caloris inopiam, ut ex cibis ac potibus vaporoſum et flatulentum ſpiritum generet, propter infirmitatem vero comprehenſivae facultatis interna ita affectarum partium capacitas infletur et expleatur, ut propter expletionem quidem diſtendatur, propter tenſionem vero dolore afficiatur. Inventum equidem et hoc nobis in commentariis eſt, in quibus communes et generales dolorum cauſas conſiderabamus, quod ob diſſolutionem continuitatis ſimilarium partium dolor oboriatur. Diſſolvunt autem ipſam erodentia, incidentia,

σφοδρῶς θερμαίνοντα καὶ ψύχοντα. διὸ κἀπὶ τῶν κατὰ τὴν κεφαλὴν ἀλγημάτων εἴωθα πυνθάνεσθαι τῶν πασχόντων, ὁποία τίς ἐστιν ἡ ποιότης αὐτῶν. [373] ἔνιοι μὲν γὰρ ὡς διαβιβρωσκομένων τῶν σωμάτων αἰσθάνεσθαί φασι τῆς ὀδύνης, ἔνιοι δὲ ὡς διατεινομένων ἢ βαρυνομένων ἢ θλωμένων ἢ μόνης ἐπικρατούσης σφοδρᾶς θερμότητος ἢ ψύξεως. εἰ μὲν γὰρ ὡς διαβιβρωσκομένων καὶ κεντουμένων, ἤτοι διὰ δριμύτητα χυμῶν ἢ τοιούτου πνεύματος αἰτιατέον· εἰ δὲ διατείνοιντο χωρὶς τοῦ δάκνεσθαι, πλήρωσιν τῶν διατεινομένων μορίων, ἤτοι διὰ πνεῦμα φυσῶδες ἢ χυμὸν ἐπιῤῥυέντα πολὺν, ἐν ᾧ γένει καὶ φλεγμονὴ καὶ τὸ ἐρυσίπελάς ἐστιν· ἡ μὲν φλεγμονὴ θερμὸν αἷμα πολὺ τοῦ φλεγμαίνοντος σώματος ἐν αὐτῷ περιέχοντος, τὸ δὲ ἐρυσίπελας χολώδη χυμόν. εἰ δὲ ἐξ ἀμφοῖν πλεονεκτούντων πληρωθείη τι μόριον, ἤτοι τὴν ἐρυσιπελατώδη φλεγμονὴν ἢ τὸ φλεγμονῶδες ἐρυσίπελας γίνεσθαι. καὶ μή τις δοκείτω μακρὸν ἡμᾶς λόγον ἐφ᾽ ἑνὶ μορίῳ καθ᾽ ἓν σύμπτωμα πάσχοντι ποιεῖσθαι. κοινὸς γὰρ

diſtendentia et vehementer calefacientia ac refrigerantia. Quapropter in doloribus circa caput aegros interrogare conſuevi, qualisnam eorum qualitas ſit. Quidam enim velut erodantur corpora doloris ſenſum perceptant, quidam vero velut diſtendantur aut graventur aut tundantur aut ſolius vehementer invaleſcentis caliditatis aut frigiditatis. Siquidem enim velut erodantur aut pungantur ſenſerint, vel humorum vel ejusmodi flatus acrimonia cauſa putanda eſt, ſi vero citra morſum diſtendantur, repletionem diſtenſarum partium vel per flatulentum ſpiritum vel per multi humoris influxum cauſam putabimus, in quo genere et inflammatio et eryſipelas exiſtit, inflammatio quidem, ubi inflammata corporis pars multum ſanguinem in ſe continuerit, eryſipelas vero, ubi bilioſum continuerit humorem, quod ſi ex utrisque redundantibus pars aliqua expleatur, aut inflammatio eryſipelacea aut eryſipelas inflammatum orietur. Et ne exiſtimet quis longum nos ſermonem de una parte juxta unum ſymptoma affecta facere; communis enim

ἁπάντων τῶν ὀδυνωμένων ὁ λόγος ἐστὶν· καὶ διαρθρώσας τις αὐτὸν ἀκριβῶς, εὐπορώτερος εἰς τὴν τῶν ἰαμάτων εὕρεσιν ἐπὶ παντὸς μορίου πάσχοντος ἔσται· τὸ γάρ τοι τῆς τέχνης στοχαστικὸν ἐν τῷ τῶν διαθέσεων διαγνωστικῷ μάλιστά ἐστιν. εὑρισκόμεναι γὰρ αὗται τὴν θεραπείαν οὐ στοχαστικῶς, ἀλλ' ἐπιστημονικῶς ἐνδείκνυνται μετὰ τοῦ καὶ γινώσκεσθαι τὸ δύσλυτον ἐνίων διαθέσεων, ἐφ' ὧν εὔλογον χρῆσθαι τοῖς κατὰ τὴν ἔνδειξιν, εἰ καὶ μηδὲν ἀνύειν φαίνοιτο κατὰ τὰς ἀρχάς. καὶ τοῦτ' ἔστι τὸ κατὰ τὸν ἀφορισμὸν εἰρημένον, ἐν ᾧ φησι, πάντα κατὰ λόγον ποιέοντι, μὴ γινομένων δὲ τῶν κατὰ λόγον μὴ μεταβαίνειν ἐφ' ἕτερα, μένοντος τοῦ δόξαντος ἐξ ἀρχῆς. ἔσθ' ὅτε γὰρ οὕτω σφοδρῶς ἐν τοῖς στενοῖς πόροις σφηνοῦ(179)ται τὸ ἀτμῶδες πνεῦμα, καὶ πολὺ μᾶλλον αὐτοῦ ὁ γλίσχρος χυμὸς ἢ παχὺς, ὡς χρόνου δεῖσθαι πλείονος εἰς τὴν ἴασιν. λεπτῦναί τε γὰρ τὰ οὕτως ἐσφηνωμένα καὶ τοὺς πόρους εὐρῦναι χρὴ, δι' ὧν ἐκκριθήσεται μετὰ τοῦ προνοεῖσθαι μηκέτι ἐπιῤῥεῖν ἕτερον, ἤτοι χυμὸν ἢ πνεῦμα

omnium dolore affectarum ratio eft, et fi quis diligenter in articulos digefferit, promptior ac expeditior ad auxiliorum inventionem in omni affecta parte fuerit. Quod enim artis conjecturale eft, id maxime in affectuum cognitione confiftit. Quae ubi inventae fuerint, curationem non conjecturaliter, fed fcientifice indicant, cum hoc, quod et agnofcere datur, quam aegre aliqui affectus medelis cedant, in quibus rationabiliter juxta indicationem remediis utimur, etiam fi nihil efficere in principio appareant. Atque hoc eft, quod in aphorifmo dictum eft, in quo ait, *omnia fecundum rationem facienti, fi juxta rationem non fuccedat, ad alia tranfeundum non eft manente eo, quod vifum eft a principio.* Aliquando enim adeo vehementer in anguftis meatibus flatus vapidus infarcitur, atque eo adhuc magis lentus aut craffus humor, ut multo tempore opus fit ad curationem. Etenim quae fic infarcta funt, attenuare oportet, meatusque dilatare per quos excernantur, habita fimul providentia ne quid aliud, puta humor aut ejusmodi flatus

τοιοῦτον, καὶ πρὸς τούτοις τονῶσαι τὸ πεπονθὸς, ὡς μηδὲ αὐτὸ τὴν τοῦ φυσώδους πνεύματος ἐργάσασθαι γένεσιν. οἱ μὲν οὖν πρῶτοι συνθέντες οἰκεῖα ταῖς τοιαύταις διαθέσεσι φάρμακα ποικίλης ἐδεήθησαν ὕλης εἰκότως· εἴ γε ἀποκρούεσθαι τὴν ἐπιῤῥέουσαν οὐσίαν, εἴτε ἐν χυμοῖς εἴτε ἐν ἀτμοῖς εἴη, τῶν ἀναγκαίων ἐστὶ πέττειν τε καὶ λεπτύνειν τὴν ἐσφηνωμένην, διαφορεῖν τε ταύτην αὐτὴν καὶ τούτων ἁπάντων οὐδενὸς ἧττον, ἀλλ' ἔτι καὶ μᾶλλον εὐτονίαν ἐργάζεσθαι περὶ τὸ πεπονθὸς μόριον, ὡς μὴ παραδέχοιτο μὲν τὸ ἐπιῤῥέον, ἀποκρίνοι δὲ τὸ λεπτυνθὲν, πέττοι δὲ καὶ λεπτύνοι τὸ ἐσφηνωμένον. ἀλλ' ἐν τῇ μίξει τῶν τοῦτο δυναμένων ἐργάζεσθαι φαρμάκων ἄλλος ἄλλου στοχαστικώτερος γενόμενος ὁ μὲν ἧττον ὠφελοῦσαν, ὁ δὲ μᾶλλον εἰργάσατο τὴν σύνθεσιν. ὅθεν, ὡς ἴστε, πρὸς γὰρ ὑμᾶς ἐρῶ τοὺς ἑταίρους, οἷς μάλιστα γράφεται ταῦτα, δύο πάντως ὁρᾶτέ μοι παρεσκευασμένα φάρμακα τῶν τὴν αὐτὴν ἐπαγγελίαν ἐχόντων, ἔσθ' ὅτε καὶ τρία καὶ τέτταρα, κἀκ τῆς τούτων μίξεως πολλάκις ἐργαζομένῳ τὸ δέον ἐπὶ τῶν δυσιάτων διαθέσεων.

amplius influat, et ad haec corroborandum eft affectum membrum, ut neque ipfum flatulentum fpiritum gignat. Qui igitur primi ad ejusmodi affectiones medicamenta compofuerunt, merito varia materia opus habuerunt. Siquidem influentem fubftantiam, five humor five vapor fuerit, repellere neceffarium exiftit, impactam vero concoquere et attenuare eandemque ipfam difcutere, atque nihilominus, imo magis, circa affectam partem firmitatem inducere, ne videlicet quod influit fufcipiat, attenuatum vero excernat, impactumque concoquat et attenuet. Verum in mixtione medicamentorum hac facultate praeditorum alius alio feliciore conjectura ufus, alius minus, alius magis commodam fecit compofitionem. Quapropter velut noftris, ad vos enim fodales loquar, quibus maxime haec fcribuntur, duo omnino vidiftis mihi praeparata medicamenta eundem effectum promittentia, quandoque etiam tria et quatuor et ex horum mixtura in aegre curabilibus affectibus a me faepe quod

ἐπισκοποῦμαι γὰρ αὐτῶν ἐν τίνι μὲν πλέον ἐστὶ τὸ θερμαῖνον ἁπλοῦν φάρμακον, ἐν τίνι δὲ τὸ ψῦχον, ὥσπερ καὶ τὸ ξηραῖνον ἢ ὑγραῖνον ἢ λεπτομερὲς ἢ παχυμερὲς, εἶθ' ὁρῶν ὅπως ἐνήργησε τὸ προσενεχθὲν τῷ πάσχοντι τὴν δευτέραν χρῆσιν ἤτοι δι' ἄλλου τινὸς ἢ δι' αὐτοῦ τούτου ποιοῦμαι, πολλάκις μὲν ἐφ' ἕτερόν τι τῶν τὴν αὐτὴν ἐπαγγελίαν ἐχόντων ἀφικνούμενος, ἐνίοτε δὲ μιγνὺς ἀμφότερα, κᾀξ αὐτῶν ἐργαζόμενός τι μέσον. εἴρηται δὲ ἐπὶ πλέον οὐ καθόλου μόνον, [374] ἀλλὰ καὶ κατὰ μέρος, ἐν τοῖς τῆς θεραπευτικῆς μεθόδου γράμμασιν ἅπαντα τὰ τοιαῦτα. καὶ χρὴ γινώσκειν, ὅπερ ἤδη καὶ πρόσθεν εἶπον, ἐκείνῃ ταύτην ἑπομένην. ὅμως δὲ ἀναγκάζομαι καὶ νῦν ἀναμιμνήσκειν αὐτῆς, ἕνεκα τοῦ μᾶλλον ἡμᾶς ἀκολουθῆσαι τοῖς ἐνταῦθα λεγομένοις. ἐπὶ γοῦν τῆς προκειμένης διαθέσεως, ὀδυνώδους ἐπικρατούσης θερμότητος, ἅμα φυσώδει πνεύματι κατ' ἀρχὰς μὲν ἀποκρουστικῇ θεραπείᾳ χρηστέον, ἐκ τῆς τῶν ψυχόντων δυνάμεως γινομένῃ. συμμέτρως δὲ τούτου πραχθέντος ἐκ τῶν παρηγορικῶν τε καὶ πεττικῶν μιγνύναι χρὴ τοῖς ἀποκρου-

oportuit factum esse. Considero namque in quonam eorum copia simplex medicamentum calefaciens superet aut frigefaciens, velut etiam resiccans aut humectans aut tenuium partium aut crassarum, deinde contemplans quid effecerit, quod aegro jam fuit admotum, secundum usum aut per aliud quoddam aut per hoc ipsum facio, saepe quidem ad aliud quod idem promittit transeo, aliquando vero utraque committo, ac medium quiddam ex eis conficio. Talia autem omnia abunde a me non universim tantum, sed et particulatim in medendi methodo relata sunt, nosseque oportet, quod et jam ante dixi, hanc tractationem illam sequi, et cogor tamen etiam nunc rursus meminisse, quo magis ea quae istic tradidi assequamini. In praedicto itaque affectu, calore doloroso praedominante una cum flatu ventoso, in principio quidem repulsoria curatione utendum est, quae ex refrigerantium facultate constat, quod ubi moderate factum est, ex mitigatoriis ac concoctoriis medicamentis

στικοῖς, εἶτα καὶ τῶν διαφορητικῶν τι προσθετέον ἀφαιροῦντα κατὰ βραχὺ τῶν ἀποκρουστικῶν φαρμάκων, ἄχρις ἂν εἰς τὴν ἐναντίαν μῖξιν ἀφίκηται τὸ φάρμακον ἣν ἐξ ἀρχῆς ἔσχε, τουτέστιν ἵνα πλεῖστον μὲν ᾖ τὸ λεπτυντικόν τε καὶ διαφορητικὸν, ἔλαττον δὲ τὸ πεττικόν τε καὶ παρηγορικὸν, ἐλάχιστον δὲ τὸ ἀποκρουστικόν. ἀνδράχνην μὲν οὖν ἐμάθετε ψυκτικῆς καὶ ὑδατώδους οὖσαν οὐσίας, ἧττον δὲ αὐτῆς τὸ πολύγονον. ἐπὶ δὲ τοῦ στρύχνου τοσοῦτον μεμίχθαι παχυμεροῦς τε καὶ γεώδους, ὅσον καὶ τῆς στύψεως. τὸ δὲ ὄξος ἀποκρουστικήν τε ἅμα καὶ λεπτυντικὴν, ἀλλὰ καὶ διαφορητικὴν ἔχει δύναμιν, ὡς ἂν ἐπικρατούμενον ἐν τῇ κράσει λεπτομερεῖ ψυχρότητι, καθάπερ ὁ ἀκριβῶς αἴθριος ἀὴρ βόρειος. ἐμάθετε δὲ καὶ τὴν τοῦ ῥοδίνου δύναμιν, ὡς ἔχει μέν τι καὶ ἀποκρουστικὸν, ἔχει δὲ καὶ πεττικὸν καὶ παρηγορικὸν, ἔτι δὲ πρὸς τούτοις καὶ διαφορητικόν. εἰκότως οὖν ὁ Ἀρχιγένης ἐν ἀρχῇ τῆς εἰρημένης διαθέσεως τοῖς τοιούτοις χρῆται φαρμάκοις, αὐτὸ μὲν καθ' ἑαυτὸ μόνον ὄξος οὔτ' ἄλλοθι προσφέρων οὔτε ἐνταῦθα διὰ τὸ σφοδρὸν τῆς

quippiam admifcere ad repulforia oportet. Deinde etiam difcufforia addenda, ita ut paulatim repulforia medicamenta detrahamus, donec ad contrariam mixtionem perveniat medicamentum ei, quam a principio habuit, hoc eft ut plurimum quidem difcufforium fit et attenuatorium, minus vero concoctorium et mitigatorium, minimum autem repulforium. Portulacam quidem igitur refrigerantis et aquofae fubftantiae effe didiciftis, minus ea polygonum, in folano autem tantum admixtum effe craffae et terreae, quantum aftrictionis. Acetum vero repulforiam fimul et attenuatoriam et difcufforiam habet facultatem, tanquam quod temperamento tenui frigiditate praepolleat, quemadmodum exacte ferenus aquilonaris aër. Didiciftis etiam rofacei facultatem, quod videlicet et repulforium quiddam habeat, habet autem et concoctorium et mitigatorium et ad haec etiam difcufforium. Merito igitur Archigenes in praedicto affectu ejusmodi medicamentis utitur, ipfum quidem per fe folum acetum neque alibi exhibens neque hic ob facultatis ipfius

δυνάμεως, μιγνὺς δὲ ἤτοι ῥόδινον ἢ ὕδωρ αὐτῷ. μεταβῶμεν οὖν ἤδη πρὸς τὰς ἐφεξῆς τοῦ Ἀρχιγένους ῥήσεις. ἐὰν δὲ ἐπιτείνοιτο, τελεία τροφῆς ἀποχὴ ἁρμόδιος, εἶτα φλεβοτομία ἀπ᾽ ἀγκῶνος κένωσίς τε τῆς κοιλίας διὰ κλυστῆρος εὐτόνου. περὶ τούτων τῶν βοηθημάτων εἴρηταί μοι πρότερον, ἡνίκα τὰς Ἀπολλωνίου ῥήσεις ἐσκοπούμην, ἀσιτίαν μὲν ἐπὶ τοῖς χολώδεσιν αἰτίοις ἀπαγορεύοντός μου, φλεβοτομίαν δὲ ἐπὶ παίδων καὶ γερόντων καὶ δυνάμεως ἀσθενοῦς, ἐπαινοῦντος δὲ τὴν διὰ κλυστῆρος κένωσιν, οὐ μόνον τῆς κενώσεως ἕνεκα τῶν περιεχομένων ἐν τοῖς ἐντέροις, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀντισπάσεως τῶν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ἀναφερομένων. καὶ διὰ τοῦτο καλῶς ἐν οἷς ἔγραψε περὶ αὐτῆς ὁ Ἀρχιγένης, οὐχ ἁπλῶς εἶπεν κένωσίς τε κοιλίας διὰ κλυστῆρος, ἀλλὰ προσέθηκεν εὐτόνου. πολὺ γὰρ ἐν τῷ τοιούτῳ κλυστῆρι τὸ τῆς ἀντισπάσεώς ἐστι, πρὸς τῷ μὴ μόνα τὰ κατὰ τὴν γαστέρα καὶ τὸ μεσάραιον ἐκκενοῦν, ἀλλὰ καὶ τὰ σιμὰ τοῦ ἥπατος. Ἀρχιγένους. ἐμβρέγματα δὲ πήγανον μετ᾽ ὄξους καὶ ἐλαίου λεαι-

vehementiam; admiſcet autem ei vel roſaceum vel aquam. Tranſeamus autem jam ad ſequentem Archigenis dictionem. *Si vero augeſcat affectus, perfecta cibi abſtinentia congrua eſt. Deinde venae ſectio e cubito et alvi evacuatio per validum clyſterem.* De his auxiliis dictum a me prius eſt, quando Apollonii dicta conſiderabam. Ubi ſane in bilioſis cauſis fami renunciavi, velut etiam venae ſectionem in pueris et ſenibus ac viribus debilitatis fieri prohibui, laudavi autem evacuationem per clyſterem, non ſolum propter evacuationem eorum, quae in inteſtinis continentur, ſed etiam ob revulſionem eorum quae ad caput feruntur. Atque ob id probe in his quae ſcripſit Archigenes non ſimpliciter dixit Evacuatio alvi per clyſterem, ſed addidit validum; multum enim in hujusmodi clyſtere ſitum eſt, quantum ad revulſionem attinet ultra hoc, quod non ſolum ea, quae circa ventrem et meſaraeum ſunt, evacuat, ſed etiam quae circa hepatis ſima haerent. *Archigenis.* Irrigationes autem ruta cum aceto et oleo trita. Me-

νόμενον. ἀναμνησθέντες ἧς ὑπέθετο διαθέσεως βοηθήματα γράφειν, οὕτω κρίνομεν ἕκαστον ὧν καταλέγειν ἤρξατο. τὴν μὲν οὖν διάθεσιν αὐτὸς οὕτως ἔγραψεν, θέρους δὲ ἢ καυσωδῶς διατεινομένων. ἐφεξῆς δὲ ψυκτικῆς δυνάμεως ὑπέταξε βοηθήματα καὶ μετὰ ταῦτα ἔφη. ἐὰν δὲ ἐπιτείνηται, τελεία τροφῆς ἀποχὴ καὶ φλεβοτομία καὶ κλυστὴρ εὔτονος προσφερέσθω. καὶ τούτων ἐφεξῆς τὰ κατὰ τὴν προκειμένην ἐγράφη ῥῆσιν, ἐν ᾗ μετ᾽ ὄξους καὶ ἐλαίου λεανθὲν τὸ πήγανον προσφέρειν ἐκέλευσεν, οὐ προσθεὶς πότερον χλωρὸν ἢ ξηρόν. ἔστι γὰρ οὐ μικρὰ διαφορὰ, παμπόλλῳ δριμυτέρου τε καὶ θερμοτέρου τοῦ ξηροῦ παρὰ τὸ χλωρὸν ὑπάρχοντος. ἐμοὶ μὲν δὴ δοκεῖ τὸ χλωρὸν συμβουλεύειν· οὐ γὰρ ἂν ἀθρόως ἀπὸ τῶν ψυχόντων ἐπὶ τἀναντία μετέβη. τὸ δ᾽ ὄξος ὅτι πρὸς τῷ [375] ψύχειν καὶ ἀποκρούεσθαι διαφορητικὸν ἔχει τι πρόσθεν εἴρηται, παρηγορικῆς δὲ καὶ χαλαστικῆς δυνάμεως ὑπάρχον τὸ ἔλαιον εἰκότως ἔμιξεν αὐτοῖς. ἄλλο. δαφνίδων ἐκπίεσμα μετ᾽ ὄξους καὶ πηγάνου. πολὺ τοῦτο τοῦ πρόσθεν ὑπάρχει δραστικώτερον. ἰσχυρῶς γὰρ θερμαίνοντι τῷ τῶν

mores affectus ad quem auxilia fcribere propofuit, fic judicamus unumquodque eorum, quae recenfere coepit. Affectum itaque fic fcripfit: aeftate vero aut ubi alias aeftuofe diftenduntur. Deinceps vero refrigerantis facultatis auxilia fubjecit. Et poftea inquit. *Si vero augefcat affectus, perfecta cibi abftinentia et venae fectio et clyfter validus adhibeatur.* Et poft haec propofitam confcripfit dictionem, in qua cum aceto et oleo tritam rutam adhibere juffit, non apponens an viridem an aridam velit, eft enim non parva differentia, quum arida multo acrior et calidior quam viridis exiftat. Mihi fane viridem confulere videtur; neque enim acervatim fubitove a refrigerantibus ad contraria transgreffus eft. Acetum vero ad hoc quod refrigerat et repellit difcufforium quid habere antea dictum eft. Mitigatoriae autem et laxatoriae facultatis exiftens oleum merito ipfis admifcuit. *Alia.* Succus e lauri baccis expreffus cum aceto et ruta. Haec priore longe efficacior exiftit, ad fuccum namque e lauri baccis expreffum fortiter calefacien-

δαφνίδων ἐκπιέσματι τὸ πήγανον ἔμιξε μετ᾽ ὄξους, ἐλαίου χωρίς. ἄλλο. χύλισμα τῶν τῆς ἴρεως ῥιζῶν μετ᾽ ὄξους. τοῦτο βοήθημα θερμαντικὸν οὐδὲν ἔχει. βέλτιον οὖν ἦν ἐν τῇ πρὸς τὰ γενναιότερα βοηθήματα μεταβάσει πρῶτον αὐτὸ τετάχθαι, εἶτ᾽ ἰτέας φύλλα λεῖα μεθ᾽ ὕδατος. τοῦτο τοῦ προγεγραμμένου τοῦ διὰ τῆς ἴρεως ἀσθενέστερόν ἐστι καὶ τοῖς ἁπάντων πρώτοις γεγραμμένοις ὅμοιον, ὥστε οὐκ ἐν καιρῷ νῦν εἴρηται. ἕρπυλλος τετριμμένος μετ᾽ ὄξους καὶ ἐλαίου. περὶ μὲν ἐλαίου καὶ ὄξους ἔμπροσθεν εἴρηται· προσέθηκε δ᾽ αὐτοῖς νῦν ἕρπυλλον, δριμείας ποιότητος φάρμακον, διὰ τοῦτο καὶ θερμαινούσης δυνάμεως. ἀμελῶς δὲ κἀνταῦθα παρέλιπε μὴ δηλώσας πότερον χλωρὸν ἢ ξηρὸν αὐτὸν εἶναι βούλεται. βέλτιον δ᾽ ἴσως τὸν χλωρὸν ἀκούειν. ἄλλο. πολύγονον μετὰ πηγάνου διειμένον ἐλαίῳ καὶ ὄξει. τῷ τοῦ πολυγόνου χυλῷ κατὰ τὸν πρῶτον λόγον ὡς ψύχοντι κέχρηται. καὶ γὰρ καὶ ἔστιν ὄντως τοιοῦτος, ὥστε καὶ ἐπὶ τῶν χρονιζόντων ἀλγημάτων, κατὰ τὴν πρώτην μετάβασιν, εὐλόγως ἄν τις αὐτῷ χρήσεται μίξας τὸ πήγανον. ἐπινοεῖν δ᾽ ἡμᾶς χρὴ καθ᾽ ἑκάστην τῶν ἐναντίων ταῖς δυ-

tem rutam admifcuit cum aceto, relicto oleo. *Alia.* Succus radicum iridis cum aceto. Hoc remedium nihil calefactorium habet, melius itaque fuerat ipfum primum in tranfitu ad praeclariora auxilia pofitum effe. *Alia.* Salicis folia trita cum aqua. Hoc praefcripto ex iride imbecillius eft, atque iis quae omnium primum fcripta funt fimile, ut intempeftive nunc ab eo fit relatum. *Alia.* Serpyllum cum aceto et oleo tritum. De aceto et oleo prius dictum eft, adjecit autem nunc eis ferpyllum acris qualitatis medicamentum et ob id etiam calefactoriae facultatis. Negligenter vero etiam hic reliquit, an viride aut aridum velit; praeftiterit autem fortaffis viride intelligere. *Alia.* Polygonum cum ruta, oleo et aceto dilutum. Polygoni fucco primo fermone ut refrigerante ufus eft, nam et re vera talis exiftit. Quare etiam ad inveteratos dolores juxta primum tranfitum rationabiliter quis eo utetur ruta admixta. Animadverfione autem dignum eft in fingulis contrariae facultatis medicamentorum

(180)νάμεσι φαρμάκων μίξιν, ἐν ἀρχῇ μὲν ὀλίγον μιγνύναι τοῦ γενναίου, κατὰ δὲ τὴν δευτέραν καὶ τρίτην χρῆσιν αὐξάνειν αὐτοῦ τὸν ὄγκον. ἄλλο. ἀμύγδαλα πικρὰ λεπιζόμενα, λεῖα μετ' ὄξους καὶ ἐλαίου ἐμβρεχόμενα εἰς κηρωτῆς πάχος δι' ὀθονίου μετώπῳ ἐπιτιθέμενα. καὶ τοῦτο τῆς πρώτης μεταβάσεώς ἐστιν οἰκεῖον. ἐμάθομεν γὰρ διαφορητικὴν ἀδήκτως δύναμιν ἔχειν τὰ πικρὰ ἀμύγδαλα. ἄλλο. πήγανον ἄγριον μετ' ἐλαίας καὶ ὄξους ὁμοίως· ἀτάκτως καὶ πάλιν τοῦτο παρενέθηκεν, ἰσχυρὸν πάνυ φάρμακον, ἐπὶ τῶν ἱκανῶς χρονιζόντων ἀλγημάτων εἰκότως παραληφθησόμενον. ἄλλο. λεύκης καρπὸς μετ' ὄξους τριβόμενος. διαφορητικῆς ἐστι δυνάμεως καὶ ὁ τῆς λεύκης καρπός. ἔν τισι δὲ τῶν ἀντιγράφων οὐ μετ' ὄξους, ἀλλὰ μετ' ὀξυκράτου γέγραπται. ἄλλο. ὠκίμου σπέρμα σὺν ὕδατι. τὸ μὲν τοῦ ὠκίμου σπέρμα θερμαντικῆς τε καὶ λεπτυντικῆς ἐστι δυνάμεως, οὐ μὴν ἰσχυρῶς γε, δι' ὕδατος δὲ μόνου, χρονιζούσης τῆς διαθέσεως, οὐκ ἄν τις εὐλόγως αὐτῷ χρῷτο, βέλτιον γὰρ ἦν ἔλαιόν τε καὶ ὄξος ὡς καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων εἶπε, μιγνύναι καὶ τούτῳ. ἄλλο. ποιεῖ καὶ βάλ-

mixtionibus, ut in principio parum ex praeftantiore admifceamus, juxta fecundum vero et tertium ufum copiam augeamus. *Alia.* Amygdalae amarae delibratae tritae cum aceto et oleo irrigationis modo adhibitae, aut cerati craffitudine in linteolo fronti impofitae. Et hoc ad primum transitum pertinet, didicimus enim difcufforiam citra mordacitatem facultatem amygdalas amaras habere. *Alia.* Ruta filveftris cum oleo et aceto eodem modo. Inordinate rurfus hoc valde forte medicamentum interpofuit, in doloribus multum inveteratis merito adhibendum. *Alia.* Populi albae fructus cum aceto tritus. Difcufforiae facultatis eft albae populi fructus. In quibusdam autem exemplaribus non cum aceto, fed cum pofca fcriptum reperitur. *Alia.* Ocimi femen cum aqua. Ocimi femen calefactoriae et attenuatoriae eft facultatis, non tamen vehementer, cum aqua autem fola in inveterato affectu minime rationabiliter quis eo utatur, melius enim erat oleum et acetum, velut in aliis dixit, etiam huic admifcere. *Alia.* Facit et balfamum, peucedanum,

σαμον, πευκέδανον, καστόριον καὶ ὁμοῦ καὶ ἰδίᾳ ἕκαστον σὺν ἐλαίῳ καὶ ὄξει. τοῦτο πάλιν τὸ φάρμακον ἰσχυρόν ἐστι, καὶ μάλιστα ὅταν αὐτὸ μόνον τὸ πευκέδανον προσφέρηται, χωρὶς τοῦ μιχθῆναι τῷ καστορίῳ. βάλσαμον δὲ τί καλεῖ νῦν οὐκ ἔχω φάναι, πότερον τοῦ φυτοῦ τὸν καρπὸν ἢ τὸν ὀπὸν, ὃν ὀποβάλσαμον ὀνομάζουσιν, ἢ τοὺς κλῶνας αὐτοῦ, τοὺς καλουμένους ξυλοβάλσαμον. ἄμεινον δέ μοι δοκεῖ τὸ ὀποβάλσαμον ἀκούειν, λεπτομεροῦς τε καὶ διαφορητικῆς οὐσίας ὑπάρχον, οὐ μὴν ἐπιφανῶς γε θερμῆς. ἄλλο. φύλλα δάφνης καὶ λεύκης καὶ ἄγνου μετ' ἐλαίου καὶ ὄξους. μικτὸν καὶ τοῦτο τὸ φάρμακον ἐκ διαφερόντων ταῖς δυνάμεσι τῶν ἁπλῶν συνέθηκε, τὰ μὲν φύλλα τῆς δάφνης θερμότατα, τὰ δὲ τῆς ἄγνου μετρίως ψύχοντα. μέσα δὲ ἀμφοῖν ἐστι τὰ τῆς λεύκης. ἄλλο. πάνακα μετὰ ἐλαίου ἄλειφε. οὐδὲν ἐνταῦθα τῶν ψυχόντων μέμικται καὶ διὰ τοῦτο ταῖς πάνυ κεχρονισμέναις διαθέσεσι καὶ μηδὲν ἔτι θερμότητος ἐχούσαις χρήσιμον ὑπάρχει. διὸ καὶ μέμψαιτο ἄν τις αὐτῷ χωρὶς διορισμῶν τὰ βοηθήματα γράψαντι. [376] πάνακα δὲ ἡγοῦμαι

caftorium, fimul et figillatim unumquodque cum oleo et aceto. Hoc medicamentum rurfus vehemens eft, maxime quum ipfum peucedanum folum adhibeatur citra caftorii admixtionem. Quid vero balfamum nunc vocet, non habeo dicere, num videlicet plantae fructum aut fuccum, quem opobalfamum vocant, aut ramulos ipfius xylobalfamum appellatos? Melius tamen mihi videtur opobalfamum accipere, quod tenuium partium et difcufforiae fubftantiae exiftit, non tamen manifefte calentis. *Alia.* Lauri folia et populi albae et viticis cum oleo et aceto. Et hoc medicamentum ex fimplicibus facultatibus differentibus compofuit, lauri enim folia calidiffima, viticis vero moderate refrigerantia funt, in medio utrorumque populi folia exiftunt. *Alia.* Panacem cum oleo illinito. Nihil hic refrigerantium admixtum eft, et ob id valde inveteratis affectibus et nihil amplius caliditatis habentibus utile exiftit. Quapropter merito quis ipfum reprehenderit, citra diftinctionem medicamenta confcribentem.

Ed. Chart. XIII. [376.] Ed. Baf. II. (180.)

νῦν λέγειν αὐτὸν ἀμελῶς ἀντὶ τοῦ φάναι πάνακος ῥίζαν. οὐ γὰρ δὴ τὸν ὀποπάνακα νομιστέον ὑπ᾽ αὐτοῦ λελέχθαι πάνακα. διαφέρει δὲ τῆς ῥίζης οὗτος οὐ μικρὰν τινα θερμότητος ὑπεροχήν. ἄλλο. ἄγνον ἢ ἡδύοσμον, ἀμύγδαλα πικρὰ, ἶριν, ἴσα μίξας σὺν ὄξει καὶ ῥοδίνῳ ἔμβρεχε. τῶν μὲν ἄλλων ἡ δύναμις εἴρηται πρόσθεν. ἡδυόσμου δὲ νῦν πρῶτον ἐμνημόνευσε θερμαντικῆς δυνάμεως φαρμάκου. ἄλλο. συκαμίνου χυλῷ προσμίξας ὄξος κατάβρεχε. προφανῶς τοῦτο τοῦ γένους ἐστὶ τῶν ὑπ᾽ αὐτοῦ γεγραμμένων ἀρχομένης τῆς διαθέσεως ἐμψυκτικῶν ἰαμάτων, οὐκ ὀρθῶς νῦν ἀναμεμιγμένον τοῖς πρὸς τὰς αὐξομένας διαθέσεις ἁρμόττουσι φαρμάκοις. χρονιζόντων δὲ ψιλώσας καταχρίσμασι μὲν τοῖς εἰρημένοις ἐμβρέγμασί τε παχύτερα ποιῶν αὐτὰ χρῶ. ἄλλο. ῥητίνην μετὰ μέλιτος κατάχριε κροτάφους καὶ μέτωπον. ἢ μυόχοδα μετ᾽ ὄξους καὶ ῥοδίνου. τρίτος οὗτος αὐτῷ καιρὸς καὶ χρόνος ἐστὶν ἐπὶ τῶν τῆς κεφαλῆς βοηθημάτων. ὁ μὲν γὰρ πρῶτος ἦν ἀρχομένου τοῦ πάθους, ὁ δὲ δεύτερος, ὡς αὐτὸς ἔγραψεν,

Panacem vero negligenter nunc ipfum dicere puto panacis radicem; neque enim opopanaca putandum eft ab ipfo panacem dictum effe, differt autem a radice hic non parvo caliditatis exceffu. *Alia.* Viticem aut mentham, amygdalas amaras, iridem, aequali menfura cum aceto et rofaceo mixta adhibeto. Aliorum vires fupra relatae funt, menthae autem nunc primum mentionem fecit, medicamenti calefactoriae facultatis. *Alia.* Aut mororum fucco cum aceto admixto rigato. Hoc medicamentum evidenter apparet refrigerantium medicamentorum generis ab ipfo confcriptorum effe, quae incipiente affectu conveniunt minimeque recte nunc ad medicamenta auctis affectibus commoda admifcetur. *Alia.* Inveterato autem affectu pilis denudato illitionibusque et rigationibus praedictis, craffius tamen apparatis utitor. *Alia.* Refinam cum melle temporibus et fronti illine. Aut muscerdas cum aceto et rofaceo. Tertium hoc tempus eft et opportunitas in capitis remediis adhibendis. Primum namque erat incipiente affectu, fecundum vero, ut ipfe fcri-

ἐπιτεινομένου. τρίτος δὲ οὗτος, ἐν ᾧ φησιν χρονιζόντων ὅστις δεῖται σφοδροτέρων βοηθημάτων, ὧν ἔνια τοῖς πρόσθεν ἀνέμιξεν οὐκ ὀρθῶς.

[Τὰ ὑπὸ Ἀσκληπιάδου γραφέντα ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ἐκτὸς πρὸς τὰς προσφάτους κεφαλαλγίας.] Ἐμβροχὴ ᾗ ἐχρήσατο Νικομήδης. Πηγάνου φύλλα < β΄. ἡδυόσμου < β΄. πευκεδάνου < β΄. ἴρεως < β΄. ὠκίμου σπέρματος < η΄. μήκωνος μελαίνης σπέρματος < δ΄. ὀξυκράτου ξ α΄. ἕψε εἰς τὸ ἥμισυ, καὶ τὸ ὑγρὸν ἐκθλίψας ἀνάκοπτε ῥοδίνῳ καὶ συνεχῶς ἔμβρεχε τὴν κεφαλήν.

[Ἄλλο ᾧ ἐχρήσατο Χαρικλῆς.] Ἀμυγδάλων πικρῶν κεκαθαρμένων < β΄. λύγου ἄνθους < β΄. πευκεδάνου ῥίζης < β΄. ἡδυόσμου χλωροῦ ἢ ξηροῦ < β΄. πηγάνου ἀκρεμόνων < β΄. δαφνίδων κεκαθαρμένων < β΄. σπονδύλου < β΄. ἑρπύλλου < β΄. καστορίου < β΄. ῥόδων χλωρῶν ἢ ξηρῶν < δ΄. ὄξει διαλύσας ἀναλάμβανε κηρωτῇ σκευασθείσῃ διὰ ῥοδίνου, ἔπειτα εἰς ὀθόνιον ἐμπλάσας, καὶ ξυρήσας τὰς τρίχας, ἐπιτίθει καθ᾽ ὅλης τῆς κεφαλῆς, καὶ ταινιδίῳ καταδή-

pfit, augefcente. Tertium autem hic, quum ait inveterato quod ipfum vehementioribus auxiliis opus habet, quorum aliqua non recte prioribus admifcuit.

[*Quae Afclepiades ad capitis dolorem in primo externorum fcripfit.*] Ad recentes capitis dolores irrigatio, qua ufus eft Nicomedes. Foliorum rutae drachmas duas, menthae drachmas duas, peucedani drachmas quatuor, iridis drachmas duas, feminis ocimi drachmas octo, feminis papaveris nigri drachmas quatuor, pofcae heminas duas. Ad dimidium coquito, et expreffum fuccum cum rofaceo conquaffato, et caput affidue ex eo irrigato.

[*Aliud, quo ufus eft Charicles.*] Amygdalarum amararum depuratarum drachmas duas, feminis viticis drachmas duas, peucedani radicis drachmas duas, menthae viridis five aridae drachmas duas, ramulorum rutae drachmas duas, baccarum lauri depuratarum drachmas duas, ferpylli drachmas duas, fphondylii drachmas duas, caftorii drachmas duas, rofarum viridium aut ficcarum drachmas quatuor,

σας φύλαττε μέχρι τῆς ἐπιούσης ἡμέρας, καὶ πάλιν λύσας, καὶ ἀνανεώσας ἐπιτίθει.

[Τροχίσκος πρὸς κεφαλαλγίαν Ἀντωνίου ῥιζοτόμου.] Ὀποῦ πευκεδάνου ∠ ιστ'. ὀποῦ μήκωνος ∠ α'. ἀνίσου ∠ δ'. ὑοσκυάμου σπέρματος ∠ δ'. κρόκου, σμύρνης ἀνὰ δραχμὰς δ'. σκαμμωνίας ∠ δ'. πάντα λεάνας μετ' ὄξους, ἀνάπλασσε τροχίσκους καὶ ξήρανον ἐν σκιᾷ, ἐν δὲ τῇ χρήσει ἀνιεὶς μετ' ὄξους, ἐπίχριε τὸ μέτωπον, ἀπὸ κροτάφου ἀρξάμενος, καὶ ἐπὶ τὸν ἕτερον κρόταφον καταλήγων. ἐπὶ δὲ τῶν πυρεσσόντων ὕδατι χρώμενος κατάχριε.

[Ὡς δὲ Ἀλέξανδρος ἔχει οὕτως.] Πευκεδάνου ῥίζης ∠ δ'. ἢ τοῦ ὀποῦ ∠ β'. κρόκου ∠ α'. σμύρνης ∠ α'. ὀπίου ∠ α'. ὄξει ἀναλάμβανε καὶ ποίει τροχίσκους. ἐν δὲ τῇ χρήσει ὄξει διαλύων κατάχριε τοὺς ἐν αἰσθήσει τόπους, τοῦτο παραχρῆμα λύει τοὺς πόνους.

[Ἄλλο Ἀντιγόνου ἐν στρατοπέδῳ ἐπισήμως ἰατρεύσαντος.] Δαφνίδων ξηρῶν, λείων, κεκαθαρμένων ∠ δ'. σκαμμω-

aceti heminas duas, rofacei quod fatis eft apparato ac utere, ut dictum eft.

[*Paftillus ad capitis dolorem, quo ufus eft Antonius herbarius.*] Succi peucedani drachmas fex, fucci papaveris drachmas quatuor, croci drachmas quatuor, myrrhae drachmas quatuor, fcammoniae drachmas quatuor, omnia trita cum aceto in paftillos redigito, eosque in umbra reficcato. Ufus autem tempore aceto dilutos fronti illinito, a tempore altero initio fumto et usque ad alterum tempus progrediendo. In febricitantibus ex aqua illinito.

[*Quo Alexander ufus eft, fic habet.*] Peucedani radicis aut fucci drachmam unam, croci drachmam unam, myrrhae drachmam unam, opii drachmam unam, aceto excipe ac redige in paftillos: ufu vero exigente aceto diffolutos locis fenfum doloris perceptantibus illinito.

[*Aliud Antigoni, qui in caftris exercitus infignis medicus fuit.*] Baccarum lauri ficcarum, purgatarum, tritarum, drachmas quatuor, fcammoniae drachmas quatuor,

νίας ∠ δ΄. σελίνου σπέρματος ∠ η΄. ὀποῦ μήκωνος ∠ δ΄. κρόκου ∠ η΄. σμύρνης ∠ δ΄. ὀμφάκου ∠ δ΄. ἑρπύλλου ∠ η΄. ὄξους τὸ αὔταρκες σκεύαζε καθὰ προείρηται.

[*Χρονίως κεφαλαλγούντων ἐπιθήματα ὡς ἐχρήσατο Χαρικλῆς.*] *Ἰρίνου μύρου πιέσματα, πευκεδάνου, καστορίου, ἀνὰ μέρος α΄. δαφνιδίων μέρη δύο, ἄγνου σπέρματος μέρη δύο, ῥόδων ξηρῶν μέρη δύο, ὄξει διαλύσας, ἀναλάμβανε κηρωτῇ σκευασθείσῃ διὰ ῥοδίνου, ἔπειτα εἰς ὀθόνιον ἐμπλάσας ἐπιτίθει καθ᾽ ὅλης τῆς κεφαλῆς, προξυρήσας τὰς τρίχας καὶ ταινιδίῳ καταδήσας φύλαττε μέχρι τῆς ἐπιούσης, καὶ πάλιν ἐπιτίθει.*

(181) [*Περὶ τῶν ἐπὶ χολώδει χυμῷ κεφαλαλγούντων.*] *Τὰ μὲν σημεῖα παραπλήσια τοῖς ἐπ᾽ ἐγκαύσει, προσέρχεται δὲ αὐτοῖς δῆξίς τε πλείων καὶ ὠχρότης προσώπου, καί ποτε καὶ τοῦ στόματος ἐκπίκρωσις. ἡλικίαις δὲ μᾶλλον ἀκμαστικαῖς καὶ κράσεσι θερμοτέραις καὶ βίῳ φροντιστικῷ καὶ τοῖς χολὴν συνάγουσι ξανθὴν, τοῦτο τὸ πάθος εἴωθε συμβαί-*

fucci papaveris drachmas quatuor, feminis apii drachmas octo, croci drachmas octo, myrrhae drachmas quatuor, omphacii drachmas quatuor, ferpylli drachmas octo, aceti quod fatis eft, praepara et utere, ut dictum eft.

[*Ad inveteratum capitis dolorem epithema, quo Charicles ufus eft.*] Retrimentorum, quae ab expreffo irino unguento fuperfunt, peucedani, caftorii, fingulorum partem unam, baccarum lauri partes II. feminis viticis partes II. rofarum ficcarum partes II. ramulorum rutae partes IV. aceto diffoluta cerato ex rofaceo apparato excipito, deinde linteolo impacta praerafis capillis per omne caput imponito, et fafciola obligato atque usque in fequentem diem obligata cuftodito, rurfusque imponito.

[*De iis qui ob biliofum humorem caput dolent.*] Signa in his fimilia funt eis, quae ex ardore oboriuntur, accedit his major morfus et faciei pallor et aliquando oris amaror. Aetati autem vigoris et temperamentis calidioribus et vitae folicitae et iis qui flavam bilem congregant haec affectio

νειν. λουτροῖς τε οὖν εὐκράτοις ἐπὶ τούτων καὶ ἀλείμμασι καὶ ὑδαρεῖ πόματι χρηστέον καὶ ἡ σύμπασα δίαιτα ὑγροτέρα τε καὶ εὔχυμος παραλαμβανέσθω. κενωτέον δὲ τὸν χολώδη χυμὸν ἀψινθίου ἀποβρέγματι ἢ διὰ τῆς ἀλόης καὶ αὐτῆς τῆς πικρᾶς ἀντιδότου καθ' ἑαυτὴν ἢ καὶ σὺν ὀλίγῃ σκαμμωνίᾳ, ἢ διὰ τῶν τῆς ἀλόης καταποτίων. ἐπιχριστέον δὲ τὸ μέτωπον ἢ τῷ κροκώδει τροχίσκῳ ἢ τῷ τριγώνῳ ἢ τινι τῶν παραπλησίων.

[Περὶ τῆς κατὰ τὴν συμπάθειαν κεφαλαλγίας.] Εἰ μὲν ὅλῳ τῷ σώματι συμπάσχει ἡ κεφαλὴ, τούτου προνοητέον πρός τε τὴν δυσκρασίαν καὶ πρὸς τὴν κρατοῦσαν ὕλην ἐπισταμένως. καὶ εἰ μὲν εἴη πλῆθος καὶ μάλιστα κατὰ τὰς φλέβας, φλεβοτομήσομεν· εἰ δὲ μᾶλλον ποιότης, καθαρτικῷ χρησόμεθα φαρμάκῳ. εἰ δὲ μορίῳ συμπάσχει, οἷον ἥπατι ἢ γαστρὶ ἢ στομάχῳ, τούτοις βοηθητέον, θερμῆς μὲν ἐν αὐτοῖς ὑποκειμένης δυσκρασίας, ἄρτον ἐξ ὑδαροῦς οἴνου παρασχόντας καὶ τὰ διὰ χόνδρου ῥοφήματα καὶ τὰς ἔξωθεν μετρίως ἐμψυχούσας τε καὶ τονούσας ἐπιβροχὰς, ὡς ἔμπροσθεν

praecipue contingere solet. Itaque balnea temperata et unctiones et potus dilutus eis exhibenda sunt, omnisque victus ratio liquidior et boni succi constituenda. Evacuandus item biliosus humor per absinthii cremorem aut per aloën et per ipsam picram antidotum per se datam aut modica addita scammonia, vel per catapotia ex aloë confecta. Illinenda frons pastillo croceo aut trigono appellato aut aliquo alio his consimili.

[*De dolore capitis per consensum.*] Siquidem universo corpori caput per consensum coafficitur, illi cum adversus intemperiem tum adversus exuperantem materiam instandum. Et si quidem humorum multitudo et maxime in venis fuerit, venam secabimus. Si vero qualitas magis invaluerit, purgante medicamento utemur. Si vero uni alicui parti condoleat, velut hepati aut ventri aut stomacho, his ipsis auxiliabimur: calida quidem in ipsis existente intemperie, panem ex vino diluto exhibendo et sorbitiones ex alica, et foris irrigationes moderate refrigerantes et robur adden-

εἴρηται. εἰ δὲ διὰ γλίσχρους τε καὶ παχεῖς χυμοὺς ἐν τῷ στομάχῳ περιεχομένους κεφαλαλγοῖεν, καὶ τούτους ἐκμοχλεύσομεν, ὀξύμελι πίνειν παρέχοντες τό τε ἁπλοῦν καὶ τὸ Ἰουλιάνειον καὶ τοῖς δι᾽ ὑσσώπου τε καὶ ὀριγάνου. καὶ τοῖς τούτων ἔτι θερμοτέροις τε καὶ τμητικωτέροις καὶ τῷ ἀπὸ ῥαφανίδων ἐμέτῳ χρηστέον, ἐπιβροχαῖς τε θερμοτέραις καὶ καταπλάσμασι.

[Περὶ τῆς ἐν πυρετοῖς κεφαλαλγίας.] Ἐπὶ δὲ τῶν ἐν πυρετοῖς συνεισβαλλουσῶν ἐξ ἀρχῆς κεφαλαλγιῶν, φλεβοτομεῖν τῇ πρώτῃ ἢ τῇ δευτέρᾳ ἀνέσει, εἰ μή τι κωλύει, καὶ μάλιστα ἐπὶ τῶν εὐεκτῶν καὶ πολυαίμων. [377] προσέχειν δὲ μὴ διὰ τὰς ἀπὸ τῆς γαστρὸς ἀναθυμιάσεις γινομένας ἢ δι᾽ ἐποχὴν κοιλίας συμβαίνει τὰ τῆς κεφαλαλγίας. εἰ δὲ ὕστερον μετὰ τὴν ἑβδόμην εἰσβάλλοι, προκενώσαντες τὴν κοιλίαν διὰ κλυστῆρος ἀξιολόγως, σικυαστέον ἀπὸ ἰνίου ἢ αὐχένος καὶ παρηγορητέον τὴν κεφαλὴν ταῖς δι᾽ ἐλαίου ἐμβροχαῖς, ῥοδίνῳ μὲν ἐπὶ τῶν θερμοτέρων καὶ ὥρᾳ θερινῇ καὶ μετὰ βραχέος

tes, velut antea dictum eſt. Si vero propter viſcoſos et craſſos in ſtomacho contentos humores caput doleant, etiam hos exturbabimus, acetum mulſum in potu praebendo, oxymeli dicunt tum ſimplex tum Julianium appellatum. Ex hyſſopo etiam ac origano potionibus et quae his adhuc fortiores ſunt, magisque incidendi vi praeditae, utemur et vomitu a raphanis irrigationibusque ac cataplaſmatis calidioribus.

[*De capitis in febribus dolore.*] In doloribus capitis, qui in principio cum febribus irruunt, vena ſecanda eſt poſt primam aut ſecundam remiſſionem, niſi quid impediat, et praeſertim in corporibus boni habitus et multo ſanguine redundantibus. Animadvertendum autem num ob vapores a ventre ſublatos aut ob alvi ſuppreſſionem capitis dolor contingat. Quod ſi ſerius poſt ſeptimum tandem irruat diem, alvo per clyſterem, qui aliquid operae pretii ſaciat, praeevacuata cucurbitae ad occiput, ſive cervicem affigantur caputque rigationibus ex oleo mitigetur, roſaceo quidem in calidioribus ac hora aeſtiva et cum exiguo aceto, chamaeme-

Ed. Chart. XIII. [377.] Ed. Baſ. II. (181.)
ὄξους, χαμαιμηλίνῳ δὲ ἐπὶ τῶν ψυχροτέρων ἕξεων καὶ ἐν χειμῶνι πέμπτον μέρος ὄξους προσειληφότι. ἐπιχρίειν δὲ τὸ μέτωπον κύφει μὲν ἐπὶ τῶν ψυχροτέρων, κροκομάγματι δὲ ἐπὶ τῶν θερμοτέρων. ἐπὶ μεγέθει δὲ πυρετοῦ γενομένης κεφαλαλγίας ἰάματα προγέγραπται ἐν τῷ περὶ πυρετῶν λόγῳ. δεῖ δὲ παραφυλάττεσθαι ταῦτα, οὐ μόνον ἐπὶ τῶν κατὰ συμπάθειαν τοῦ στομάχου κεφαλαλγούντων, ἀλλὰ καὶ κατὰ πάντων τῶν περὶ κεφαλὴν γενομένων παθῶν. ἔστι δὲ ταῦτα ἄγνου σπέρμα, ἀψινθίου χυλὸς, γάλα πινόμενον, βάλανοι δρύϊνοι ἐσθιόμενα, ἐλαῖαι μέλαιναι μεμαίκυλα, ὄροβοι. οὗτοι δὲ καὶ τὰ ἄρθρα παραλύουσιν, ἐπιπλέον δὲ ἅπτεται σμύρνα, λίβανος, κισσοῦ κόρυμβοι, καὶ ταράττουσι τὴν διάνοιαν σχοίνου καρπὸς, κρόκος, πευκέδανον, κυκλάμινος ξηρὰ σὺν οἴνῳ ποθεῖσα. στύραξ ὀλίγος μὲν ποθεὶς λύει σκυθρωπότητα, πολὺς δὲ κατασκευάζει ταραχώδεις ὕπνους.

Κεφ. β΄. [Περὶ κεφαλαίας.] Ἡ λεγομένη κεφαλαία χρόνιός τε καὶ δύσλυτός ἐστι κεφαλαλγία, ἐπὶ μικραῖς προφάσεσι μεγίστους ἔχουσα παροξυσμοὺς, ὥστε μήτε ψόφων ἀνέ-

lino vero in frigidioribus habitudinibus ac hieme, quinta aceti parte adjecta. Illinenda frons ex cyphi in frigidioribus, ex crocomagmate in calidioribus. Caeterum ad capitis dolores ob febris magnitudinem obortos medelae praeſcriptae ſunt in febrium tractatu. Porro vitare oportet haec, non ſolum in dolore capitis per conſenſum ſtomachi oborto, ſed omnibus etiam aliis circa caput obortis affectibus, ſunt autem ea quae ſequuntur, viticis ſemen, abſinthii ſuccus, lac in potu, glandes quercinae in cibo, olivae nigrae, arbuti fructus, ervum, quod ipſum etiam articulos diſſolvit. Amplius autem offendunt myrrha, thus, hederae cacumina. Mentem etiam perturbant lentiſci fructus, crocus, peucedanum, cyclaminus ſicca cum vino potata. Styrax paucus quidem potatus triſtitiam vultus diſcutit, multus vero ſomnos multum turbulentos inducit.

Cap. II. [*De cephalaea.*] Cephalaea inveteratus et aegre cedens capitis dolor appellatur, qui ex facili occaſione maximas exacerbationes habet adeo, ut neque ſtre-

Ed. Chart. XIII. [377.] Ed. Baſ. II. (181.)

χεσθαι μήτε φωνῆς σφοδροτέρας μήτε λαμπροῦ φωτὸς μήτε οἰνοποσίας μήτε τῶν τὴν κεφαλὴν πληρούντων ὀσφραντῶν μήτε κινήσεως, ἀλλ' ἐν ἡσυχίᾳ καὶ σκότῳ κατακεῖσθαι βούλεσθαι διὰ τὸ μέγεθος τῶν ἀλγημάτων· ὡς ὑπὸ σφυρᾶς γὰρ πλήττεσθαι δοκοῦσιν. ἔνιοι γὰρ ὡς θλωμένων ἢ διατεινομένων αἰσθάνονται τῶν κατὰ τὴν κεφαλὴν, οὐκ ὀλίγοις δὲ εἰς τὰς ῥίζας τῶν ὀφθαλμῶν διήκει τὸ ἄλγημα. φέρει δὲ τὸ πάθος ποτὲ μὲν διηνεκῆ ἀλγήματα, ποτὲ δὲ παροξυσμοὺς καὶ διαλείμματα ἤτοι τεταγμένα ἢ ἄτακτα. διαλείπουσι γὰρ ἐνίοτε οἱ τοιοῦτοι παροξυσμοὶ, καθάπερ τοῖς ἐπιληπτικοῖς, καί τις χρόνος ἐπιγίνεται μεταξὺ τελέως ἄμεμπτος. εὔδηλον οὖν ὅτι τὸ πάθος τοῦτο τὴν εὐπάθειαν μὲν ἔχει τῆς κεφαλῆς ὁμογενῆ τοῖς κεφαλαλγικοῖς, ἐπὶ δὲ μᾶλλον ἐκείνων ἀσθενείας ἥκει τὰ κατὰ τὴν κεφαλὴν πάσχοντα μόρια, καί τινες αὐτῶν τὰς περὶ τὸν ἐγκέφαλον ὀδυνῶνται μήνιγγας, ἔνιοι δὲ καὶ τὸν περικράνιον ὑμένα μόνον. τὰ μὲν οὖν μετὰ βάρους ἀλγήματα πλῆθος δηλοῖ, τὰ δὲ μετὰ δήξεως ἢ χυμῶν ἢ

pitus neque vocem vehementiorem neque lumen ſplendidum neque vini potum, neque odoramenta caput replentia tolerare poſſint, neque item motum, ſed in quiete et tenebris ob dolorum magnitudinem decumbere velint, tanquam a malleo enim pertundi ſibi videntur. Quidam enim velut contundantur aut diſtendantur ea, quae circa caput ſunt, ſentiunt, non paucis vero usque ad oculorum radices dolor progreditur. Habet autem haec affectio aliquando quidem continuos dolores, aliquando vero exacerbationes et intervalla ſive ordinata ſive inordinata. Intermittunt enim quandoque ejusmodi exacerbationes, velut in comitiali morbo apprehenſis, interceditque tempus aliquod, quod omnino accuſari non poteſt. Manifeſtum igitur eſt, hunc affectum conſimilem aptitudinem capitis, ut facile laedatur, velut in cephalalgicis habere, verum ad majorem debilitatem deveniunt in hoc affectae capitis partes. Et quidam ex eis cerebri involucra dolitant, quidam vero membranam tantum calvariam ambientem. Dolores igitur cum gravitate humorum multitudinem ſignificant, cum mordacitate vero aut

ἀτμῶν δριμύτητα, τὰ δὲ μετὰ σφυγμοῦ φλεγμονὴν, τὰ δὲ μετὰ τάσεων, εἰ μὲν ἄνευ βάρους καὶ σφυγμοῦ γένοιτο, πνεύματος λεπτοῦ καὶ φυσώδους πλῆθος δηλοῖ, εἰ δὲ μετὰ σφυγμοῦ, φλεγμονὴν ὑμενώδους σώματος. εἰ δὲ μετὰ βάρους γένοιτο ἡ διάτασις, πλῆθος ἐντὸς τῶν ὑμένων ἰσχόμενον καὶ τὰ μὲν ἐπιπολῆς ἀλγήματα τοῦ περιοστίου ὑμένος τὸ πάθος δηλοῖ, τὰ δὲ ἐν βάθει τῶν μηνίγγων. οἷς γὰρ ἡ διάθεσις ἔνδον τοῦ κρανίου ἐστὶν, τούτοις εἰς τὰς ῥίζας τῶν ὀφθαλμῶν ἀφικνοῦνται οἱ πόνοι, διὰ τὸ τοὺς χιτῶνας τῶν ὀφθαλμῶν ἀπὸ τῶν μηνίγγων ἔχειν τὴν γένεσιν. εἰ δὲ καὶ σαπεὶς ὁ χυμὸς θερμότερος γένηται, σὺν πυρετῷ κεφαλαλγοῦσι. πυρέττουσι δὲ τοὐπίπαν καὶ οἱ διὰ φλεγμονὴν ὀδυνώμενοι. [378] εἰ μὲν οὖν πλῆθος χυμῶν ἢ ἀτμῶν εὕροις αἴτιον, εἰ μὲν διὰ τὴν τοῦ παντὸς σώματος πλησμονὴν ἐγένετο, τὸ πᾶν σῶμα κενώσας ἰάσῃ τὴν κεφαλαλγίαν. εἰ δ' ὡς ἀσθενὴς ὑπάρχουσα ἡ κεφαλὴ δέχεται τὰ ἀναφερόμενα, ἀντισπᾷν δεῖ τὴν ὕλην εἰς ὅλον τὸ σῶμα καὶ οὕτως ἰᾶσθαι τὸ μό-

humorum aut vaporum acredinem, cum pulſu autem inflammationem, cum tenſione vero, ſi quidem citra gravitatem et pulſum fiat, ſpiritus tenuis et flatulenti multitudinem demonſtrant, cum pulſu vero membranoſi corporis inflammationem. Si vero cum gravitate diſtentio fiat humorum multitudinem intra membranulas contentam et dolores quidem in ſuperficie haerentes, membranae os calvae ambientis affectionem ſignificant, qui vero in profundo ſunt cerebri involucrorum; quibuscunque enim affectus intra calvariam eſt, his usque ad oculorum radices dolores procedunt, propterea quod oculorum tunicae ex cerebri involucris habeant ortum. Si vero humor putrefactus calidior fiat, cum febre caput dolitant. Febricitant autem omnino et qui ex phlegmone dolent. Si quidem igitur humorum aut vaporum multitudinem repereris cauſam, ſi quidem propter totius corporis repletionem facta eſt, univerſo corpore evacuato, capitis dolorem ſanabis. Si vero velut debile exiſtens caput ad ſe ſublatos humores ac vapores ſusceptet, materiam revellere oportet in totum corpus atque

ριον. κλυστῆρσι μὲν οὖν ἡ ἀντίσπασις γίνεται καὶ διαδέσεσι τῶν ἄκρων καὶ τρίψεσι πλείοσι τῶν κάτω μερῶν, ἐνίοτε δὲ καὶ αἵματος κενώσει ἀπ' ἀγκῶνος. εἰ δὲ πλεονάζον ἔτι τὸ αἷμα φαίνοιτο, καὶ διὰ ῥινῶν ἀναστομώσαντας φλέβα καὶ κενοῦντας ὅσον αὔταρκες εἶναι δόξει, εἶτα τὴν ἱερὰν ὀξύναντας, δοτέον, κἄπειτα τοῖς ἀποφλεγματισμοῖς χρηστέον καὶ τοῖς ἐῤῥίνοις, οἷά ἐστι τὰ διὰ τοῦ ἐλατηρίου καὶ τῆς κυκλαμίνου μετὰ γάλακτος καὶ πράσου σκευαζόμενα. τὴν δὲ κεφαλὴν θεραπεύσεις, ἡνίκα μὲν δεῖ κεχρῆσθαι ἀντισπαστικοῖς, διὰ τῶν ἀποκρουστικῶν ἐμβροχῶν, μετὰ δὲ τὴν τοῦ παντὸς σώματος κένωσιν ἤδη τοῖς κενοῦσι τὴν κεφαλὴν κεχρῆσθαι, εἶτα τοῖς ῥωννύναι δυναμένοις. ἀποκρούεται μὲν οὖν τὸ ὀμφάκινον ἔλαιον καὶ τὸ ῥόδινον καθ' ἑαυτὸ καὶ σὺν ὄξει (182) καὶ τὸ διὰ τῶν κωδειῶν καὶ θαλλῶν ἁπαλῶν ἐλαίας καὶ κισσοῦ κορύμβων, καὶ ἡδυόσμου χλωροῦ σκευαζόμενον. προσάγει δὲ καὶ τὰ βοηθήματα, χλιαρὰ μὲν ψυχροτέρου καὶ ὠμοτέρου τοῦ πλήθους ὄντος, ψυχρὰ δὲ θερμοτέρου καὶ χολωδεστέρου. διαφορεῖ δὲ τὸ γλυκύτατον

ita parti mederi. Per clyfteres itaque revulfio fit et ligaturis extremitatum et pluribus infernarum partium confrictionibus, interdum etiam fanguinis ex cubito detractione, quod fi amplius fanguis redundare videatur, etiam ex naribus aperta vena et quantum fufficere videtur, fanguine evacuato. Deinde hieram dabimus exacutam. Et poftea apophlegmatismis pituitam detrahentibus et medicamentis, quae naribus induntur, utendum eft, qualia funt quae ex elaterio et cyclamino cum lacte et porro apparantur. Caput autem curabis, quandoquidem revulforiis uti oportet per repulforias irrigationes. Caeterum poft totius corporis evacuationem jam caput evacuantibus uteris, deinde iis quae firmitatem addere poffunt admotis. Repellit igitur oleum omphacinum et rofaceum per fe et cum aceto, et quod ex papaveris capitibus et oleae teneris germinibus et hederae cacuminibus ac menta viridi apparatur. Afferantur autem remedia tepida quidem, ubi frigidior et crudior fuerit humorum multitudo, frigida vero ubi calidior et biliofior ex-

Ed. Chart. XIII. [378.] Ed. Baf. II. (182.)

ἔλαιον θερμὸν καὶ μᾶλλον παλαιούμενον τοῦτο καὶ τὸ σικυώνιον. εἰ δὲ παχύτερον εἴη τὸ πλῆθος τῶν χυμῶν, σπονδύλιον ἢ ἕρπυλλον ἐνεψῶν τῷ ἐλαίῳ ἢ γλήχωνος κόμην ἢ καλαμίνθην ἢ ἡδύοσμον κενώσεις τὸ πλῆθος. αὐτὰ δὲ ταῦτα καὶ τόνον ἐντίθησι τῷ μορίῳ, διὸ καὶ μέχρι παντελοῦς ἰάσεως χρῆσθαι αὐτοῖς προσήκει. πλέον δὲ πάντων διαφορεῖ καὶ ῥωννύουσι παντελῶς περιστερεὼν ὁ ὀρθὸς, μάλιστα μὲν χλωρὸς, ἤδη δὲ καὶ ξηρὸς, σὺν ταῖς ῥίζαις ἅμα ἑρπύλλῳ ἑψόμενα τῷ ἐλαίῳ. συνεμβλητέον δὲ αὐτοῖς καὶ ῥίζαν τῆς παρὰ τὰ ὕδατα φυομένης κροκοδειλιάδος τῆς μεγίστης. καὶ αὐτὸν δὲ τὸν περιστερεῶνα καθ' ἑαυτὸν, εἰ ἀφεψήσας τῷ ἐλαίῳ ἐμβρέχοις τὴν κεφαλὴν, ἰάσῃ πᾶσαν κεφαλαλγίαν χρονίαν ἐπὶ ψύξει γινομένην ἢ ὑπὸ παχέων χυμῶν. τὰ μέγιστα δὲ ὠφελοῦσι καὶ οἱ ὑπὸ τὰς ὑδρίας ὄνοι σὺν τῷ ἐλαίῳ ἑψόμενοι.

[*Ἀρχιγένους περὶ ἀποφλεγματισμῶν.*] *Μετὰ ταῦτα δὲ* ἀποφλεγματισμοὶ διὰ νάπυος ἢ ὑσσώπου μετὰ γλυκέος καθεψημένου ἢ σταφίδος ἀγρίας μετὰ πεπέρεως τετριμμένης

titerit. Difcutit autem oleum dulciffimum calidum et magis inveteratum itemque ficyonium. Si vero craffior fit humorum multitudo, fpondylium aut ferpillum aut pulegii comam aut calaminthen aut mentam oleo incoquendo, multitudinem evacuabis. Eadem haec etiam firmitatem parti addunt, quapropter usque ad perfectam curationom eis uti convenit. Omninm porro longe maxime difcutit et perfecte corroborat verbenaca recta, maxime viridis, imo et arida cum radicibus et fimul cum ferpillo oleo incocta. Conjicienda etiam ad ea crocodiliadis maximae, juxta aquas nafcentis radix. Quin et ipfam per fe verbenacam fi oleo incoxeris, caputque inde rigaveris, omni capitis dolori antiquo ex frigiditate, aut ex craffis humoribus oborto mederis. Maxime etiam profunt fub aquario vafe nafcentes afelli, *millepedae appellati,* fi oleo incoquantur.

[*Archigenis de apophlegmatifmis.*] Poft haec vero apophlegmatismi, quibus pituita a capite detrahitur ex finapi aut hyffopo cum paffo cocto, aut ex ftaphide filveftri cum

καὶ μετὰ μέλιτος ἢ ἐλαίου μεμιγμένου μέλιτι ἢ 'σταφίδος ἀγρίας καὶ κατ' ἰδίαν καὶ μετὰ μέλιτος τριβομένης. τὴν μὲν τῶν ὀνομαζομένων συνήθως τοῖς ἰατροῖς ἀποφλεγματιζόντων φαρμάκων ὕλην ὕστερον ἐρῶ, νυνὶ δὲ τοσοῦτον ἐπισημήνασθαι χρήσιμον, ὡς τὸ βοήθημα τοῦτο φλέγματος ἐνοχλοῦντός ἐστιν ἴαμα, καθάπερ δὴ καὶ αὐτὸ τοὔνομα αὐτοῦ δηλοῖ. ὁ δὲ Ἀρχιγένης θερμὴν καὶ πνευματώδη διάθεσιν ὑπέσχετο θεραπεύειν, οὐ ψυχρὰν καὶ φλεγματώδη. ὠφελοῦνται δὲ ἱκανῶς καταντλούμενοι δάφνης ἀφεψήματι ἢ πηγάνου ἢ πάνακος ἢ κωδειῶν ἢ δαφνίδων. ἰσχυρῶς θερμαίνουσι φαρμάκοις οὐκ οἶδα πῶς κατέλεξε κωδείας ψυχούσας οὐκ ἀγεννῶς, ἐνδειξάμενος ἐν τῇ τοῦ λόγου λέξει τῶν εἰρημένων ἑκάστῳ δύνασθαί τινα χρῆσθαι καθ' ἑαυτὸ, τάχα δ' ἄν ποτε καὶ μιχθεῖσιν, οὐ μὴν δηλώσας, εἴπερ ἐμβαλεῖν αὐτοῖς τι κελεύει κωδειῶν, ἕνεκα τοῦ [379] μειῶσαί τε καὶ πραῦναι τὴν σφοδρότητα τῶν φαρμάκων ἢ καὶ μόναις ποτὲ χρῆσθαι, ὅπερ ἀρχομένης τε καὶ αὐξανομένης διαθέσεως εὐ-

pipere et melle trita, aut ex oleo admixto melle, aut ex ſtaphide ſilveſtri per ſe, vel cum melle trita. Medicamentorum quippe, quae pituitam a capite evacuant et medicis pro more apophlegmatiſmi appellantur, materiam poſtea referam, nunc autem tantum oſtendere commodum fuerit, quod hocce auxilium pituitae inſeſtantis eſt medela, quemadmodum ſane et ipſum nomen ejus oſtendit. Archigenes autem calidum et flatuoſum affectum ſe curaturum pollicitus eſt, non frigidum et pituitoſum. Juvantur autem plurimum lauri aut rutae aut panacis aut papaveris capitum aut baccarum lauri decocto perſuſi. Valide calefacientibus medicamentis, neſcio quomodo papaveris capita non inſtrenue refrigerantia annumeraverit, quum in ſermonis contextu ſingulis dictis aliquem per ſe uti poſſe oſtenderit et fortaſſe etiam aliquando ſimul mixtis, non tamen manifeſtum fecerit, num quippiam ex papaveris capitibus ipſis adjiciendum ſit, quo videlicet aliorum medicamentorum vehementia minuatur et mitigetur, an et ſolis aliquando utendum ſit, quod ſane incipiente et augeſcente affectu tempe-

Ed. Chart. XIII. [379.] Ed. Baf. II. (182)

καιρότερον ἂν ἐγένετο. χρονιζούσης δὲ οὐ μόνον οὐδὲν ὄφελος, ἀλλὰ καὶ βλαβερώτεραι αἱ κώδιαι τυγχάνουσιν οὖσαι. ἀγαθὴ δὲ καὶ ἡ διὰ τῶν ἁλῶν πυρία. συνέχεεν ἐνταῦθα πάντα τὸν λόγον ὁ Ἀρχιγένης πυρίας μνημονεύσας διὰ φαρμάκου ξηραίνοντος μὲν οὐ γενναίως, ἔχοντος δέ τι καὶ θερμαντικόν. ἐχρῆν γὰρ αὐτὸν ἐπιστάμενον ὅτι διάθεσιν θερμὴν ὑπετίθετο θεραπεύειν, ἤτοι φυλάττειν ἀεὶ τὴν ἀπ᾿ αὐτῆς ἔνδειξιν ἢ περὶ τῆς μεταπτώσεως εἰρηκέναι τι καθ᾿ ἣν ἐν τῷ χρόνῳ τῆς θερμότητος παυσαμένης ἔμφραξις ἢ ἔντασις ἤ τι τοιοῦτον ἐγένετο, τῆς ἐναντίας θεραπείας δεόμενον τῆς καταρχὰς ὁρισθείσης. μετὰ δὲ τὰς καταντλήσεις ἢ πυρίας ὠφελοῦνται, ἐὰν λίνου σπέρμα ῥοδίνῳ ἐπιπάσας ἔρια ῥυπαρὰ ἐξ ὀξυροδίνου θερμὰ περιθεὶς ἐπιδήσῃς. τοῦτο παρηγορικόν ἐστι τὸ βοήθημα, σφοδρῶς ἐνοχλούσης τῆς ὀδύνης μετὰ τοῦ καὶ τὴν ὑποκειμένην διάθεσιν ὠφελεῖν, ὥσθ᾿ ὅπου βοηθήματα τῆς ἐπιτεταμένης κεφαλαλγίας ἔγραψεν, ἐκεῖ βέλτιον ἦν αὐτῷ καὶ περὶ τῆς πυρίας εἰρῆσθαι. κατὰ δὲ τὸν

ſtivius fieret, inveterato enim affectu non ſolum non proſunt, ſed etiam noxia capita papaveris exiſtunt. Commodum eſt et ex ſalibus fomentum. Omnem rationem Archigenes hic confudit, quum fomenti mentionem faciat per medicamentum reſiccans quidem non ſtrenue, verum et calefactorium quiddam in ſe habens. Meminiſſe enim eum oportebat, quod quum calidum affectum curare aſſumpſiſſet aut ſemper ab illo ipſo indicationem ſervaret, aut de transmutatione in diverſam ſpeciem quippiam diceret, juxta quam temporis progreſſu calore ſedato obduratio aut intenſio aut tale quiddam acceſſiſſet, quod contraria curatione indigeat et non ea quae in principio fuit determinata. Poſt perſuſiones vero aut fomenta juvantur, ſi lini ſemen roſaceo infartum adhibeas, et lanas ſordidas ex aceto roſaceo calidas circumponas ac obliges. Hoc mitigativum eſt auxilium, quum vehementer infeſtat dolor, una cum hoc quod et ſubjecto conferat affectui. Quare ubi ad intenſum capitis dolorem remedia ſcripſit, iſtic praeſtiterat etiam de hoc fomento mentionem facere. Verum pro praeſenti temporis

καιρὸν τοῦτον, ὑπὲρ οὗ νῦν ὁ λόγος ἐνέστηκεν, εἰ πυρίαις ἢ καταπλάσμασι χρῆσθαι δόξειεν ἄν, αἱ μὲν πυρίαι διὰ τῶν κέγχρων ἀμείνους· ὡς γὰρ Ἱπποκράτης ἔφη, καὶ κοῦφος καὶ προσηνὴς ὁ κέγχρος ἐστίν· οἱ δ' ἅλες ἀνιαροὶ διὰ τὸ βάρος εἰσὶ καὶ μάλιστα ἐπὶ τῆς κεφαλῆς.

[Περὶ καταπλασμάτων ἐν κεφαλαλγίᾳ.] Καταπλάσμασι δὲ χρῶ κριθίνῃ ὠμηλύσει, ἐχούσῃ ἶριν κεκομμένην, ἢ πηγάνου σπέρματι ὁμοίως, ἢ μαράθρου ῥίζῃ ὁμοίως, ἢ τῇ ὠμηλύσει δι' ὀξυμέλιτος γενομένῃ, ἢ μιγέντος ἀλφίτου καὶ γλήχωνος. καὶ ταῦτα τὰ καταπλάσματα τοῦ δευτέρου καιροῦ τῶν ὑπ' αὐτοῦ διωρισμένων ἐστὶν, ὃν ἐπιτεινομένης τῆς κεφαλαίας ἔθετο. παρηγορήσει τε γὰρ ἐκείνην καὶ τὴν διάθεσιν ὠφελήσει. ἢ τῷ Νειλέως προσμίξας, καστορίου καὶ ἴριδος δέκατον, σὺν ὄξει καὶ ῥοδίνῳ ἐπιτίθει. τὸ μὲν οὖν τοῦ Νειλέως φάρμακον ἐμπλαστῶδες ἔνδοξον ἱκανῶς ἐστιν ἐκ παλαιοῦ, καὶ διὰ τοῦτο πᾶσι γνώριμον. ἐπαγγέλλεται δὲ τὰ χρονίζοντα λείψανα τῶν ἐν ὑποχονδρίοις φλεγμονῶν ἐκ-

opportunitate, de qua nunc fermo inftat, fi quis fomentis aut cataplafmatis uti velit, fomenta ex milio meliora fuerint. Quemadmodum enim Hippocrates ait, *leve et lene milium exiftit*. Sales vero ob gravitatem molefti funt praefertim capiti admoti.

[*De oataplafmatis in capitis dolore.*] Cataplafmatis vero utere hordeacea cruda farina, quae iridem contufam habeat admixtam. Aut rutae femine eodem modo. Aut foeniculi radice fimiliter. Aut cruda hordeacea farina cum aceto mulfo apparata. Aut polenta et pulegio mixtis. Et haec cataplafmata ad fecundam temporis opportunitatem pertinent, quam fupra augefcente capitis dolore conftituit, nam et hunc mitigant et affectum juvant. Aut Nilei medicamentum, caftorii et iridis decima parte admixta, cum aceto et rofaceo imponito. Nilei quidem igitur medicamentum quod ad emplaftri formam paratum eft, jam olim nobile et laudatum medicamentum eft et ob id omnibus notum, promittit autem reliquiarum inflammationum in praecordiis inveteratarum curationem, verum eorum quae ei ad-

extrahito. Utere etiam compofitionibus vulnerariis et fanguinem fiftentibus quae defcribentur. Accommodatum eft et frontem fpongiis refrigerare, itemque partes quae ad caput funt fublimes facere, brachia autem et manuum juncturas foemoraque et inguina atque genua, qua parte contracta funt, deligare, quemadmodum in venarum fectionibus facere moris eft, jubendique funt ut ea membra moveant, manus quidem confricando, pedes vero ambulando, explétis enim fanguine quae in eis funt venis nares fanguine manare ceffant. In potu amplius exhibenda funt ea, quae ad fanguinis rejectionem confcribentur. Aures quoque intenfe per linteola ac ceram obturentur et in ore aqua pluvialis frigida contineatur. Quod fi quid ex fanguine deglutitum effe videatur, etiam id ipfum, ubi multa ejus fit copia, per evacuativum educito, in ventre enim et inteftinis in grumos coactum inflammationem facit.

[*Medicamenta Afclepiadae in quinto externorum ad fanguinis narium eruptiones fcripta, quae Marcellae infcribit.*] Platani pilulas collectas in umbra exiccato et de-

σκιᾶ καὶ ξηράνας, ἐν δίσκῳ τινὰ χιτῶνα τραχὺν ἐπίτριβε τὰ σφαιρία τῷ ὕφει τοῦ χιτῶνος· εἰ δὲ μή γε, ἐπί τινος τριχίνου παράτριβε, καὶ τὸ μὲν σπέρμα τῶν σφαιρίων ἀπόῤῥιπτε, τὰ δὲ γνάφαλα συλλέγων, ἀποτίθεσο εἰς ἀγγεῖον ὀστράκινον καινόν. ἐπὶ δὲ τῆς χρήσεως τὰ ἐριώδη τῆς πλατάνου ἐνθεὶς εἰς κάλαμον ἀφῃρημένα τὰ γόνατα ἔχοντα, ἀπογλυφὴν δ' ἔχοντα καθ' ὃ μέρος ἐπιτίθεται, τῷ μυκτῆρι ἐμφύσα, συντόμως περιγίνεται τῆς αἱμοῤῥαγίας. ἄλλο. χάλκανθον τρίψας ἐπιμελῶς ἀπόθου, ἐπὶ δὲ τῆς χρήσεως ξύσματι ὀθονίων καταβάπτων εἰς τὸ φάρμακον ἐντίθει. σπόγγον ὠμῇ πίσσῃ δεύσας κατάκαυσον καὶ ἐκ τούτου στρεπτὸν ἀναλαβὼν ἐντίθει. ἄλλο. ℞ ᾠοῦ κελύφου μέρος ἕν, κηκίδος ὀμφακίτιδος μέρος ἕν, λεῖα στρεπτῷ ὕδατι δεδευμένῳ ἢ ὄξει ἀναλαμβάνων ἐντίθει, τὸ δὲ μέτωπον καὶ τὴν ῥῖνα κατάπλασσε γύψῳ ἢ πηλῷ κεραμικῷ, κρατεῖν δὲ τὰ ὦτα εὐτόνως παραίνει. ἔνιοι δὲ σπόγγον Ἀφρικανὸν καθεψήσαντες ἐν ὄξει δριμυτάτῳ, εἶτα ἐκπιέσαντες καὶ τούτῳ περιειλήσαντες διά-

ſiccatas ſuper pannum aſperum in diſcum diffundito, easque aſpera ipſius panni parte confricato, aut in panno ex pilis ſive ſetis compoſito obvolvito, ac ſemen quidem pilularum adjicito, tomenta vero collecta in teſtaceum vas novum reponito. Uſu autem expetente ea ipſa lanuginoſa platani tomenta in arundinem, cujus geniculi reciſi ſunt, indito, et qua parte excavata eſt arundo, naribus imponito ac inſufflato, compendio hoc vincit ſanguinis eruptionem. *Aliud.* Atramentum ſutorium diligenter tritum reponito, uſu vero poſtulante raſuram quampiam linteolorum in medicamentum immerſam indito. *Aliud.* Spongiam cruda pice imbutam exurito, ubi vero aliquid hujus linamento torto exceperis indito. *Aliud.* ℞ Putaminis ovi partem j, gallae acerbae partem unam, trita linamento torto aqua aut aceto madefacto excipito et indito, frontem vero et naſum gypſo aut luto figulino integito, aures autem fortiter continere jubeto. Quidam ſpongiam Africanam aceto acerrimo incoquunt, deinde exprimunt eamque in ignito lapide frequen-

πυρον λίθον πυκνὸν ὑπεθυμίασαν, κελεύοντες τὸν ἀτμὸν ἀνασπᾷν.

[Τὰ ὑπ' Ἀνδρομάχου γεγραμμένα.] Πρὸς μὲν τὰς ἐκ ῥινῶν αἱμοῤῥαγίας ἰδίως οὐδὲν ἔγραψεν ὁ Ἀνδρόμαχος, ἐπὶ δὲ τῶν ἰσχαίμων τὰ πλεῖστα καὶ ταύτας ἵστησι, διὰ τοῦτο κἀγὼ γράψω τὰ ὑπ' αὐτοῦ γεγραμμένα τοιαῦτα φάρμακα. ἴσχαιμος ᾗ χρῶμαι. ℞ χαλκίτεως, μίσυος, μάννης, ἀνὰ < δ'. λείοις χρῶ. ξανθὴ ᾗ χρῶμαι. ℞ χαλκίτεως < ρ'. χαλκάνθου < ν'. μίσυος ὀπτοῦ < κε'. χαλκοῦ κεκαυμένου < ιβ' S''. λείοις χρῶ. ἴσχαιμος ἡ μεγάλη. ℞ μίσυος κυπρίου < ζ. χαλκάνθου < ζ. φλοιοῦ πίτυος < δ'. λεπίδος χαλκοῦ < δ'. μάννης λιβάνου < δ'. οἱ δὲ < ιε'. χαλκοῦ κεκαυμένου < ιε'. χαλκίτεως < ιε'. ἀσβέστου < η'. οἱ δὲ < μ'. γύψου πεφωγμένης < δ'. οἱ δὲ < η'. λείοις χρῶ. ἴσχαιμος Ἀφρόδα. ℞ χαλκίτεως < στ'. μάννης λιβάνου < β'. ῥητίνης τερμινθίνης φρυκτῆς < δ'. οἱ δὲ γ'. λείοις χρῶ.

ter obvolvunt, atque ita suffitum et vaporem excitant quem naribus attrahere jubent.

[*Quae Andromachus scripsit.*] Ad sanguinis quidem ex naribus eruptiones nihil privatum Andromachus scripsit. Verum intrr ea, quae sanguinem cohibent, pleraque etiam haemorrhagias narium sistunt. Quapropter etiam ego ascribam ejusmodi medicamenta, quo modo ab ipso descripta sunt. *Compositio sanguinem sistens qua utor.* ℞ Chalcitidis, misyos, mannae thuris, singulorum ℨ iiij, tritis utitor. *Flava qua utor.* ℞ Chalcitidis ℨ c. atramenti sutorii ℨ l. misyos assati ℨ xxv, aeris usti ℨ xij ß, tritis utere. *Compositio sanguinem sistens magna.* ℞ Misyos cyprii ℨ vij, atramenti sutorii ℨ vij, corticis pini ℨ iiij, squamae aeris ℨ iiij, mannae thuris ℨ iiij, alii ℨ xv habent, aeris usti ℨ xv, chalcitidis ℨ xv, calcis vivae ℨ xviij, alii xl. gypsi torrefacti ℨ iiij, alii viij, tritis utere. *Compositio sanguinem sistens Aphrodae.* ℞ Chalcitidis ℨ vj, mannae thuris ℨ ij, resinae terebinthinae frictae ℨ iiij, alii tres accipiunt, tritis utitor.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΣΥΝΘΕΣΕΩΣ ΦΑΡΜΑΚΩΝ ΤΩΝ ΚΑΤΑ ΤΟΠΟΥΣ ΒΙΒΛΙΟΝ Δ.

Ed. Chart. XIII. [421.] Ed. Bas. II. (203.)

Κεφ. α'. Οὐκ ἄλλη μέν τίς ἐστι τῆς συνθέσεως αὐτῶν ἡ μέθοδος, ἄλλη δὲ τῆς χρήσεως. αὕτη γὰρ ἡ σύνθεσις, ὡς πρὸς τὴν χρῆσιν ἀναφερομένη γίγνεται, σκοπὸν ἐχόντων τῶν συντιθέντων τὰ φάρμακα τὴν ἐκ τῆς χρήσεως αὐτῶν ὠφέλειαν. ὥσπερ δ' ἐν τοῖς ἄλλοις, οὕτω κἀν τούτοις ἔνιοι μὲν ἄνευ διορισμοῦ γεγράφασι τὰς χρήσεις τῶν φαρμάκων, οἷον ὅτι πρὸς ὀδύνην ἐπιτήδειόν ἐστιν, οὐκ ἔτι

GALENI DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM SECVNDVM LOCOS LIBER IV.

Cap. I. Non quidem alia eſt componendi, alia utendi methodus in his medicamentis. Ipſa enim compoſitio velut ad uſum relata conficitur, ita ut ii qui medicamenta componunt, ſcopum habeant utilitatem ex uſu ipſorum emergentem. Verum quemadmodum in aliis ſic etiam in his affectionibus quidam indefinite medicamentorum uſus ſcripſerunt, verbi gratia, quod ad dolorem accommodatum

προσθέντες ἐπὶ τίνι διαθέσει τῆς ὀδύνης γινομένης. ἔνιοι δὲ καὶ τὰς διαθέσεις ἔγραψαν, οἱ μὲν ἐμπειρικώτερον, οἱ δὲ λογικώτερον· ἐμπειρικώτερον μὲν ὅσοι τοῖς φαινομένοις ἐναργῶς κατὰ τοὺς ὀφθαλμοὺς σημείοις τὸν διορισμὸν ἐποιήσαντο, λογικώτερον δὲ ὅσοι τοῖς ἀμυδρῶς φαινομένοις ἢ μηδ᾽ ὅλως φαινομένοις. ἐναργῶς μὲν γὰρ φαίνεται ῥεῦμα πολὺ καὶ ὀλίγον, ἄδηκτόν τε καὶ δακνῶδες ἐρευθός τε πλέον ἢ ἔλαττον, ὥσπερ γε καὶ φλέβες ὀλίγου τε καὶ πολλοῦ πλήρεις αἵματος, ὅ τε τῆς φλεγμονῆς ὄγκος ἐλάττων ἢ μείζων, ὥσπερ καὶ αἱ ποικιλίαι τῶν παρὰ φύσιν χρωμάτων, αἵ τε διεξιοῦσαι λῆμαι πλείους ἢ ἐλάττους ἢ μικρότεραι ἢ μείζους. φαίνονται δ᾽ ἐναργῶς ἡμῖν καὶ αἱ γινόμεναι τραχύτητες ἐν τοῖς βλεφάροις τῶν ὀφθαλμῶν. τί δὲ δεῖ λέγειν, ὅτι καὶ τὰ ἕλκη καὶ αἱ φλύκταιναι κατά τε τοὺς τόπους καὶ τὰ μεγέθη διαφορὰν οὐκ ὀλίγην ἔχουσι καὶ τὰ ἄλλα ὅσα τοιαῦτα, καὶ καθ᾽ ἕτερόν γε τρόπον ἐκ τῶν φαινομένων ἐναργῶς εἰσι καὶ αἱ ὀδύναι. διαφέρουσι γὰρ οὐδὲν, ἄν θ᾽ ἡμῖν

est hoc medicamentum, non apponentes affectum, in quo dolor fit obortus, quidam vero etiam affectus afcripferunt, alii quidem magis juxta experientiam, alii autem magis fecundum rationem, juxta experientiam quidem magis, quicunque ex confpicuis circa oculos fignis difcrimen fecerunt, fecundum rationem vero magis, qui ex obfcure apparentibus aut neque in totum apparentibus idem fecerunt. Confpicue itaque apparet fluxus multus et modicus, mordacitas et lenitas, ruborque plus aut minus, velut itidem venae pauco et multo fanguine plenae et inflammationis tumor minor aut major, quemadmodum etiam coloris praeter naturam variegati et oculorum fordes, plures aut pauciores, aut minores aut majores progredientes. Apparent item nobis manifefte afperitates in palpebris oculorum. Quid vero attinet dicere, quod et ulcera et puftulae tum fecundum locos, tum magnitudine non parvam differentiam habent, itemque quaecunque ejus generis alia exiftunt? Quin juxta alium fane modum ex eorum, quae confpicue apparent numero funt etiam ipfi adeo dolores; nihil enim intereft five

ἄν τε τοῖς κάμνουσι φαίνωνται. καὶ γὰρ ὅτι ἀλγοῦσι καὶ ὅπως ἀλγοῦσι δῆλον, ὅτι μετὰ θλίψεως ἢ τάσεως ἢ σφηνώσεως ἢ διαβρώσεως ἢ τινων σφυγμῶν [422] ἀλγοῦσιν, ἡμῖν σαφῶς ἐνδείκνυται. οὐ φαίνονται δὲ οἱ τοιοῦτοι διορισμοὶ, καθάπερ ἔνιοι γράφουσι, πρὸς ῥεῦμα. τὸ δ' ἀπὸ τῶν ἔνδον τοῦ κρανίου πρὸς ῥεῦμα τὸ ἀπὸ τῶν ἐκτὸς ἢ νὴ Δία τὸ ἀπὸ τῶν ἀρτηριῶν ἢ τῶν φλεβῶν χορηγούμενον. ὅταν τε λέγωσί τινες ἔντασιν ἢ σφήνωσιν ἐν τῷ βάθει τῶν ὀφθαλμῶν εἶναι χυμῶν παχέων ἢ γλίσχρων ἢ πολλῶν, οὐδὲν τούτων σύμπτωμα βαρύνει τοὺς κάμνοντας, ὡς ὀδύνη σφοδρὰ καθ' ὁτιοῦν μόριον, οὐ γὰρ δὴ κατ' ὀφθαλμούς γε μόνους γινομένη, ὥστε καὶ ἀποθανεῖν εἵλοντό τινες, ἄμεινον εἶναι τοῦτο παθεῖν ἡγησάμενοι τοῦ δι' ὅλης ἡμέρας ἀνέχεσθαι τῆς ὀδύνης. ἐμοὶ δὲ ἐν ἄλλοις τέ τισι καὶ τῷ δωδεκάτῳ τῆς θεραπευτικῆς μεθόδου γέγραπται σαφῶς καθόλου περί τε τῆς διαφορᾶς τῶν διαθέσεων ἐφ' αἷς ὀδυνῶνται σφοδρῶς ἥ τε αἰτία ἑκάστης αὐτῶν. γέγραπται δὲ κἀν τῷ τρισκαιδεκάτῳ

nobis five aegris appareant, etenim quod dolent et quo modo dolent, quippe quod cum compreffione aut tenfione aut obturatione aut corrofione aut quibusdam pulfationibus dolent, nobis aperte denunciat. Caeterum ejusmodi difcrimina non apparent, velut aliqui fcribunt, ad fluxum qui ab iis quae intra cranium funt, aut ad fluxum qui ab iis quae extra cranium funt, aut etiam per Jovem ad eum qui ex arteriis aut ex venis affertur. Et quum quidam dicant distenfionem aut obturationem in profundo oculorum effe, humoribus videlicet craffis aut vifcofis aut multis impactis, nullum fymptoma adeo aegros gravat, velut vehemens dolor circa quodcunque tandem membrum, non fane circa oculos folos, adeo ut mortem aliqui ultro elegerint, melius fore rati hanc femel obire quam unum integrum diem dolorem ferre. Ego vero cum in aliis quibusdam, cum 12. de curandis morbis methodi in univerfum manifefte fcripfi tum de differentia affectuum, in quibus vehementer dolent, tum quae caufa uniuscujusque ipforum exiftat. Scripfi item

τῆς θεραπευτικῆς μεθόδου πάντα ὅσα γε χρὴ περὶ τῶν ἐν ὀφθαλμοῖς διαθέσεων ἐπίστασθαι τὸν ἰατρὸν, εἰς τὰς ἰάσεις αὐτῶν ἀναγκαῖα. λεχθήσεται δὲ καὶ νῦν ἐν κεφαλαίοις βραχέσιν ὅσον αὐτῶν εἰς τὰ παρόντα χρήσιμον ὑπάρχει, τουτέστιν ὅσα συνῆπται τῇ τῶν ὑλῶν διδασκαλίᾳ. καὶ γὰρ ὀποὶ καὶ χυμοὶ καὶ σπέρματα καὶ καρποὶ καὶ μόρια φυτῶν ἐμβάλλεται ταῖς ὀφθαλμικαῖς δυνάμεσιν, ὥσπερ γε καὶ τῶν μεταλλικῶν ὀνομαζομένων οὐκ ὀλίγα, τὰ μὲν ἐσχάτως αὐστηρὰ καὶ στρυφνὰ καὶ δριμέα, τὰ δὲ μετριώτερα μὲν τούτων, ὅμως δ' οὖν ἰσχυρὰ, καθάπερ γε καὶ ἀδηκτότατά τινα ταῖς πλύσεσι γεγονότα.

[Περὶ ἀδήκτων φαρμάκων.] Πομφόλυξ οὖν πεπλυμμένος οὐδενὸς ἀπολείπεται τῶν ἀδηκτοτάτων φαρμάκων, καὶ διὰ τοῦτο αὐτῷ χρώμεθα πρός τε τὰ λεπτὰ καὶ δριμέα ῥεύματα προκεκενωμένης δηλονότι τῆς κεφαλῆς ἅμα τῷ παντὶ σώματι· τὸ μὲν οὖν ὅλον σῶμα πρόδηλον ὅτι διὰ φλεβοτομίας τε καὶ καθάρσεως ἐκκενοῦμεν, ἀποφλεγματισμοῖς δὲ

in 13. ejusdem operis omnia, quae necesse est medicum de oculorum affectibus nosse et quae ad ipsorum curationes requiruntur. Referam nihilominus tamen et nunc brevibus capitibus tantum repetitis eorum, quae ad praesentem tractationem utilia sunt, hoc est eorum quae cum materiae medicae doctrina cohaerent. Nam et liquores et succi et semina et fructus et plantarum particulae ocularibus compositionibus induntur, veluti etiam non pauca ex iis, quae metallica appellantur, aliqua quidem extreme austera et acerba atque acria, aliqua vero his moderatiora et tamen fortia, quemadmodum item aliqua omnia mordacitatis expertia ac lenissima per lotionem reddita.

[*De medicamentis mordacitatis expertibus.*] Pompholyx igitur lota nulli medicamentorum mordacitatis expertium inferior est, atque ob id ea utimur ad tenues et acres fluxiones, capite videlicet prius simulque universo corpore evacuato. At vero manifestum est, quod per venae sectionem ac purgationem totum corpus evacuamus, per apophlegmatismos vero caput a pituita vindicamus. Potest

τὴν κεφαλήν. δύναται γὰρ ὁ πεπλυμμένος πομφόλυξ, ὥσπερ καὶ τὸ σπόδιον καὶ τὸ ἄμυλον ἅμα μὲν καὶ ξηραίνειν μετρίως ὑγρότητας, ἅμα δὲ καὶ κωλῦσαι κενοῦσθαι διὰ τῶν χιτώνων τὴν ἐν τοῖς τελείοις ἀγγείοις αὐτῶν περιεχομένην ὑγρότητα περιττὴν, ὡς ὅταν γε πρὶν κεκενῶσθαι τὴν κεφαλὴν, ἐπιῤῥεόντων ἔτι τοῖς ὀφθαλμοῖς ὑγρῶν, ἐμφρακτικοῖς χρήσαιτό τις φαρμάκοις, ὀδύνην τε σφοδρὰν ἐργάσεται διατεινομένων τῶν χιτώνων καὶ ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν περιῤῥεόντων ὑγρῶν καί ποτε ῥῆξιν ἢ διάβρωσιν αὐτῶν ἐμποιεῖ. ἐκ τοῦ αὐτοῦ δὲ γένους ἐστὶ τοῖς εἰρημένοις φαρμάκοις ὑπόλεπτον ὑγρὸν τὸ ἐν τοῖς ὠοῖς, ἔχον ἐκ περιττοῦ τὸ ἀποπλύνειν τὰς ὑγρότητας, ἐπαλείφειν τε τὰ τραχυνθέντα. τὸ δὲ ἐμφράττεσθαι τοῖς κατὰ λεπτὸν πόροις ὁμοίως ἐκείνοις οὐκ ἔχει, καθάπερ οὐδὲ τὸ ξηραίνειν. ὁ μέντοι τῆς τήλεως χυλὸς ὅσον μὲν ἐπὶ τῇ γλισχρότητι παραπλήσιός ἐστι τῇ λευκῇ τῶν ᾠῶν ὑγρότητι, διαφορητικῆς δέ ἐστι δυνάμεως, ὥσπερ δὴ καὶ μετρίως θερμαντικῆς, καὶ διὰ τοῦτο πολλὰς τῶν ὀδυνῶν εἴωθε πραΰνειν.

[Περὶ τῶν δριμέων.] Ἐναντιωτάτη δὲ τῇ τούτων ὕλῃ

enim pompholyx lota, quemadmodum etiam fpodium atque amylum, fimul et moderate humores reficcare, fimulque ne per tuniculas evacuetur ea, quae in magnis ipforum venis fuperflua humiditas continetur, prohibere. Quare fi quis prius quam caput ab humoribus ad oculos defluentibus expurget, obftruentibus medicamentis utatur, vehementem dolorem ex diftentis tunicis efficiet et ex multitudine influentium humorum aliquando rupturam aut erofionem ipforum inducet. Ejusdem generis cum praedictis medicamentis fubtenuis ovorum liquor exiftit, ex redundanti potens humiditates abluere et exafperata oblinere. Verum obturandi meatus vim cum illis aequaliter non habet, ficut neque vim reficcandi. Atqui foenigraeci fuccus, quod ad vifcofitatem attinet, fimilis eft albo ovorum liquori, difcufforiam autem habet facultatem et moderate calefactoriam, atque ob id multos dolores mitigare confuevit.

[*De medicamentis acribus.*] Praedictorum medica-

Ed. Chart. XIII. [422. 423.] Ed. Baf. II. (203.)

κατὰ γένος ἐστὶν ἡ τῶν δριμέων ὀπῶν, οἷον τοῦ τε Κυρηναίου καὶ Μηδικοῦ καὶ σαγαπηνοῦ καὶ εὐφορβίου καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν ἡ τῶν θερμαινόντων σφοδρῶς ἄνευ τοῦ τραχύνειν οὐ μόνον ἐν ὀποῖς, ἀλλὰ καὶ ἐν χυλοῖς καὶ ἐν σπέρμασι καὶ ἄνθεσι καὶ καρποῖς φυτῶν περιεχομένη.

[423] [Περὶ τῶν ῥυπτικῶν.] Τρίτη δὲ ἐπὶ ταῖς εἰρημέναις ἐστὶν ἰσχυρὰ δύναμις ἡ τῶν ῥυπτικῶν φαρμάκων, ὁποία χαλκοῦ τε λεπίς ἐστι καὶ ἡ κεκαυμένη χαλκῖτις, ὅ τε κεκαυμένος χαλκὸς, ὥσπερ δὴ καὶ τὸ ἄνθος αὐτοῦ καὶ τὸ μίσυ καὶ τὸ σῶρυ καὶ τὸ στίμμι.

[Περὶ τῶν σηπτικῶν.] Καὶ παρακείμενον ἄλλο γένος τούτοις ἐστὶ τὸ τῶν σηπτικῶν, ὁποῖόν ἐστιν ἀρσενικόν τε καὶ σανδαράχη τό τε τῆς Ἀσίας πέτρας ἄνθος· ἐπ' ὀλίγον δὲ τῆς τοιαύτης δυνάμεως καὶ τῷ μίσει μέτεστιν.

[Περὶ τῶν στυφόντων.] Ἄλλο δὲ γένος ἐστὶ φαρμάκων εἰς τὰς ὀφθαλμικὰς δυνάμεις ἐμβαλλομένων ὅσα στύφειν πέφυκε. τὰ μὲν οὖν μετρίως τοιαῦτα τὰς ἐπιῤῥοὰς ἀποκρούεται, τὰ δὲ σφοδρὰ πλέον ὀδυνᾷ, τραχύνοντα τοὺς χι-

mentorum filvae fecundum genus maxime contraria acrium liquorum materia eft, veluti liquoris Cyrenaici et Medici et fagapeni et euphorbii, atque fimpliciter loquendo omnium vehementer calefacientium citra exafperationem. Atque haec ipfa filva non folum in liquoribus, fed et in fuccis et feminibus et floribus et plantarum fructibus continetur.

[*De extergentibus.*] Tertio confequenter poft praedictas fortis facultas eft extergentium medicamentorum, qualis fquamae aeris eft et chalcitidis uftae et aeris ufti, itemque floris ejus et mifyos ac foreos itemque ftibii.

[*De putrefacientibus.*] His adhuc aliud quid genus adjacet, putrefacientium videlicet, quale eft auripigmentum et fandaracha et Afiae petrae flos; participat et mify paululum ejusmodi facultate.

[*De aftringentibus.*] Eft et aliud genus medicamentorum, quod in oculares compofitiones injicitur, eorum videlicet quae natura aftringunt. Quae igitur mediocriter hanc vim habent, influxiones repellunt, quae vero vehementer

τῶνας ἢ τὴν τῶν ἐπιῤῥεόντων ὁρμὴν ἀναστέλλει. μίγνυται δέ ποτε χρησίμως αὐτῶν ὀλίγον ταῖς καλουμέναις ὀξυδερκέσι δυνάμεσι συνάγοντα καὶ σφίγγοντα τὴν οὐσίαν (204) τῶν ὀφθαλμῶν. τὰ δὲ μετρίως στύφοντα χρησιμώτατα μέν ἐστι ταῖς καλουμέναις ὀφθαλμίαις, χρήσιμα δὲ καὶ ταῖς ἄλλαις σχεδὸν ἁπάσαις διαθέσεσιν ἑλκῶν τε καὶ φλυκταινῶν καὶ ῥευμάτων. ἔστι δὲ τοιαῦτα ῥόδων φύλλα καὶ ἄνθη καὶ χυλὸς ἐρείκης τε καρπὸς, ὅ τε τῆς νάρδου στάχυς, ἔτι τε τὸ τοῦ μαλαβάθρου φύλλον, ὅ τε κρόκος καὶ τὸ λύκιον, ἥ θ' ὑποκυστὶς ὀνομαζομένη. σφοδροτέρας δὲ τούτων στύψεως ἥ τε ἀκακία μετέχει καὶ τὸ ὀμφάκινον τοῦ γένους τῶν χυλῶν ὄντα καὶ αὐτὰ καὶ τὸ βαλαύστιόν τε καὶ οἱ κύτινοι καὶ αἱ κηκίδες αἱ ὀμφακίτιδες τοῦ γένους εἰσὶ τῶν ἱκανῶς στυφόντων.

[*Περὶ πεπτικῶν.*] *Πεπτικὰ* δὲ φλεγμονῶν τε καὶ τῶν ἄλλων διαθέσεών ἐστι φάρμακα, σμύρνα καὶ κρόκος καὶ καστόριον καὶ λιβανωτὸς, ὅ τε τῆς τήλεως ἑψηθείσης χυλὸς,

ampliorem dolorem infligunt tunicas exasperando, quam juvant influxionum impetu repellendo. Miscetur autem aliquando utiliter ex eis parum quid in compositiones oculorum aciem exacuentes, utpote quae oculorum substantiam cogant et astringant. Verum quae mediocriter astringunt, lippitudinibus commodissima existunt, conferunt autem et reliquis fere omnibus affectionibus cum ulcerum tum pustularum tum fluxionum. Sunt vero ejusmodi folia rosarum et flores et succus, ericaeque fructus et nardi spica ampliusque et malabathri folium et crocus et lycium et quae hypocystis appellatur. Porro vehementiorem his astringendi vim acacia habet et omphacium, quae et ipsa in succorum genere numerantur, item balaustium et cytini et gallae omphacitides, ex genere eorum sunt quae multum astringunt.

[*De concoquentibus.*] Inflammationes itemque alios affectus concoquunt haec, myrrha, crocus, castorium et thus et foenigraeci cocti succus, quae etiam discussoria vi prae-

Ed. Chart. XIII. [423.] Ed. Baf. II. (204.)

ἅπερ καὶ διαφορεῖν πέφυκε, καὶ μάλιστα ἡ σμύρνα. τοιαύτη μὲν ἐστιν ἡ τῶν ὀφθαλμικῶν ὕλη, καὶ ὅσοι γε φύσει συνετοὶ τυγχάνουσιν ὄντες, ἐγυμνάσαντό τε τὸν λογισμὸν, οὐδὲν ἔτι δέονται τῆς παρ' ἐμοῦ διδασκαλίας, αὐτοὶ δυνάμενοι πρὸς ἕκαστον πάθημα τῶν ἐν ὀφθαλμοῖς γινομένων ἐπιτήδειον συντιθέναι φάρμακον. ἐπειδὴ δὲ ὀλίγοι μὲν εἰσι τοιοῦτοι, στοχάζεσθαι δὲ χρὴ καὶ τῆς τῶν πολλῶν ὠφελείας, ἄμεινον ἔνδοξέ μοι τὸν περὶ συνθέσεως αὐτῶν λόγον ὁλοκλήρως διελθεῖν, ἐπαναλαβόντι πρότερον ἕνεκα συνόψεως ὧν ἐμνημόνευσα φαρμάκων ἑκάστου, τὴν κοινὴν κατὰ γένος δύναμιν, εἰρημένην μὲν καθόλου κατὰ τὸ πέμπτον ὑπόμνημα τῆς τῶν ἁπλῶν φαρμάκων πραγματείας καὶ διὰ τῶν ἐφεξῆς δὲ κατὰ μέρος ἐν ἓξ βιβλίοις ἄχρι τοῦ τελευταίου. χρήσομαι δὲ ταῖς προσηγορίαις τῶν ἐν τοῖς φαρμάκοις δυνάμεων, ἃς ἐθέμην ἐν τῇ προειρημένῃ πραγματείᾳ ἕνεκα σαφηνείας, τινὰ μὲν εἶναι λέγων γεώδη ταῖς οὐσίαις, ἄνευ ψύξεως ἐπιφανοῦς ἢ θερμασίας ἐν τῷ μέσῳ πως τούτων καθεστηκότα, καὶ τού-

dita funt et praefertim ex eis myrrha. Atque haec quidem eft ocularium medicamentorum filva. Et quicunque fane naturali intelligentia praeftant ratiocinationeque exercitati funt, nihil amplius opus habent mea inftructione, potentes nimirum ad fingulas oculorum affectiones aptum componere medicamentum. Quandoquidem vero pauci tales exiftunt et multorum utilitatis potiorem rationem habere convenit, praeftabilius mihi vifum eft compofitionis ipforum rationem integre recenfere, ubi repetivero prius perfpicuitatis gratia communem in genere vim fingulorum, quorum mentionem feci medicamentorum, quae univerfim quidem in quinto de fimplicium medicamentorum tractatione commentario a me relata eft et per confequentes fex libros particulatim usque ad extremum. Utar autem appellationibus facultatum in medicamentis iisdem, quas in praedicta tractatione pofui, velut exempli clarioris gratia quaedam fubftantia terreftri dico, citra refrigerationem manifeftam aut caliditatem, in medio quodammodo utriusque confiftentia,

των αὐτῶν ἔνια μὲν βραχύ τι ψύξεως ἢ θερμασίας μετέχοντα, τινὰ δὲ ὅλως οὐδεμίαν ἐμφαίνοντα τοιαύτην δύναμιν. ὅλον δ' οὖ τὸ γένος αὐτῶν ἐμπλαστικῶν φαρμάκων ὠνόμασα, δύναμιν ἐναντίαν ἐχόντων τοῖς ἐκφρακτικοῖς, ὁποῖος ὅ τε Σάμιος ἀστήρ ἐστι, [424] λεπτομερέστερος ὢν τῆς ἁπλῆς οὕτως ὀνομαζομένης Σαμίας γῆς, ὅ τε πεπλυμμένος πομφόλυξ, ὥσπερ γε καὶ ἡ σποδὸς αὐτοῦ πλυνθεῖσα καὶ ἡ καδμεία κεκαυμένη καὶ πεπλυμμένη. δοκεῖ δέ μοι αὐτῇ μὲν ἔτι βραχύ τι ῥυπτικὸν ἐνυπάρχειν, ἐάν τε μετὰ τὴν καῦσιν, ἐάν τε χωρὶς ταύτης πλυνθῇ. τῇ πομφόλυγι δὲ καὶ τῷ σποδίῳ βραχύ τι στυπτικὸν, ὥσπερ γε καὶ τῷ μολύβδῳ μετὰ τὸ καυθῆναι καὶ πλυνθῆναι. καὶ γὰρ καὶ τοῦτο τὸ φάρμακον ἀδηκτότατον μέν ἐστιν, ἔχει δὲ βραχύ τι στύψεως. εἴτε δὲ ἀρσενικῶς καλεῖν ἐθέλοι τις εἴτε θηλυκῶς τὴν πομφόλυγα, διήνεγκεν οὐδέν· ὥσπερ γε καὶ τὸ ἄμυλον, ὃ καὶ αὐτὸ πλυνθὲν ἀκριβῶς ἐστιν ἀδηκτότατόν τε καὶ μέσον, ὡς μήτε στύψιν ἔχειν μήτε δριμύτητα, τουτέστι μήτε ψύξεως μήτε θερμότητος μετέχειν. καὶ τὸ ψιμύθιον δὲ πλυνθὲν ἔγγιστα τῇ δυνάμει

atque ex his aliqua quidem parum quid ex frigiditate aut caliditate complectuntur, aliqua vero in totum nullam ejusmodi facultatem ex se ostendunt. Totum autem hoc genus medicamentorum emplasticum appellari, contrariam habens facultatem ecphracticis *deobstruentibus*, qualis est Samius aster, magis tenuium partium existens quam quae simpliciter Samia terra appellatur, et pompholyx lota, velut etiam cinis ejus lotus et cadmia usta ac lota. Videtur autem mihi parum quid extersorium in ipsa cadmia inesse, sive post ustionem sive citra eam lavetur. Pompholygi vero et spodio parum quid astringens inest, quemadmodum etiam plumbo post ustionem et lotionem, nam et hoc medicamentum omnis acrimoniae expers est, parum quid astringens habens, neque refert sive masculino sive muliebri genere pompholygem dicere velis. Eodem modo etiam amylum habet, quod et ipsum lotum exquisite mordacitatis expers est et medium, ut neque astrictionem neque acredinem habeat, hoc est neque frigiditate neque caliditate participet. Quin

Ed. Chart. XIII. [424.] Ed. Bas. II. (204.)

τοῦ κεκαυμένου καὶ πεπλυμμένου μολύβδου γίνεται, σαφές τε διὰ τῆς στύψεως ἐνδεικνύμενον γνώρισμα τελέως ἄποιον, ὡς πρὸς τὴν γεῦσίν τε καὶ ὄσφρησιν φαινόμενον τῆς τε ἀμύλου καὶ Σαμίου ἀστέρος. ἅπαν δ᾽ οὖν τὸ τῶν τοιούτων γένος φαρμάκων, ἐάν τε βραχεῖαν ἐμφαίνῃ ποιότητα κατὰ γεῦσιν ἢ ὀσμὴν, ἐάν τε μηδ᾽ ὅλως ἐμφαίνῃ, παραπλησίως τοῖς καθαρωτάτοις ὕδασιν ἄποιον καλεῖται, καὶ μόνον τῷ γεώδει τῆς οὐσίας ξηραίνειν πέφυκε μετρίως. διὸ καὶ χρόνῳ πλέονι τὴν ἀφ᾽ ἑαυτῶν ὠφέλειαν αἰσθητὴν ἐργάζεται, κατὰ τὰς πρώτας ἡμέρας οὐδὲν ὀνινάναι δοκοῦντα. προσφερόμενα δ᾽ ὅμως ὑπὸ τῶν ἰατρῶν ὡς ἀδηκτότατα, κατὰ τὰς δυσιάτους διαθέσεις, ἐν αἷς ἕλκος ἐστὶν ἤτοι μόνον ἢ καὶ μετὰ διαβρώσεως τοῦ τε κερατοειδοῦς χιτῶνος καὶ προπτώσεως τοῦ ῥαγοειδοῦς, ἐκρεόντων ἰχώρων δακνωδεστάτων. ἐπὶ τούτων γὰρ οὐδὲν τῶν ἄλλων φαρμάκων ἁρμόττειν δύναται, τῶν μὲν στυφόντων κατεχόντων τοὺς ἐκρέοντας ἰχῶρας καὶ κατὰ τοῦτο τὴν ἐκ τῆς δήξεως αὐτῶν ὀδύνην ἐπιτεινόντων, τῶν

et cerussa lota proxime ad facultatem usti ac loti plumbi accedit, manifestumque signum stringenti exhibetur, quod penitus qualitatis omnis expers sit, id quod amylum et Samius aster gustu et odore ostendunt. Universum igitur hujusmodi medicamentorum genus, sive exiguam in gustu aut odore qualitatem exhibeat, sive penitus nullam ostendat, consimiliter ut purissima aqua qualitatis expers nominatur et per solam terrestrem substantiam moderate a natura resiccat. Quapropter etiam longiori tempore commoditatem ex se proficiscentem sensui perceptibilem faciunt, utpote quae per primos dies nihil juvisse putentur. Adhibentur tamen a medicis tanquam acrimoniae expertia circa aegre curabiles affectus, in quibus ulcus est sive solum sive cum erosione corneae tunicae et prolapsu rhagoeidis, serosis humoribus longe mordacissimis affluentibus. In his enim nullum aliud medicamentum convenire potest, utpote quum astringentia cohibeant effluentes humores, atque per hoc dolorem ex mordacitate ipsorum obortum intendant, acria vero

δὲ δριμέων συναυξανόντων τὴν διάθεσιν, ἐάν τε ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς ᾖ μόνοις εἰς καχεξίαν τοιαύτην ἀφιγμένων τῶν μορίων ὡς διαφθείρειν τὸ ἐπιῤῥέον, ἐάν τε καὶ αὐτὸ τὸ ἐπιῤῥέον μοχθηρὸν ᾖ, ἢ διὰ τὴν κεφαλὴν μόνην ἢ καὶ ὅλον τὸ σῶμα τοιοῦτον ὑπάρχον, ὅθεν καὶ προπαρασκευάζομεν εἰς τὴν ἴασιν ἐπιτήδειον τὸ πεπονθὸς μόριον, ὅλου τε τοῦ σώματος ταῖς καθάρσεσι καὶ ταῖς ἀντισπάσεσι, πρώταις μὲν ταῖς κάτω τοῦ σώματος, ἔπειτα δὲ καὶ ταῖς ἐπὶ τὸ ἰνίον τε καὶ τὸ δέρμα τῆς κεφαλῆς. χρώμεθα δὲ καὶ ἀρτηριοτομίαις ἐνίοτε τέμνοντες τὰς ὀπίσω τῆς κεφαλῆς περὶ τὰ ὦτα τεταμένας ἀρτηρίας, ἐκκόπτοντές τε μόριον τῶν ἐν τοῖς κροτάφοις, ὡς μόνον ἡμᾶς ἔτι θεραπεύειν τὴν ἐν τοῖς χιτῶσι τῶν ὀφθαλμῶν γεγενημένην διάθεσιν, ἐφ᾽ ἧς καὶ τὸ διὰ τῶν φλεβῶν ἐπ᾽ αὐτοὺς παραγινόμενον αἷμα χρηστὸν διαφθείρεται. πρὸς ταύτας οὖν τὰς διαθέσεις ἁρμόττειν μόνας φαίνεται τὸ τῶν προειρημένων φαρμάκων γένος, ἀδήκτως ξηραῖνον τὴν ἐν τῷ πεπονθότι μορίῳ κακοχυμίαν, ἥτις, ὡς ἐλέχθη, διαφθείρει τὸ ἐπιῤῥέον. ἡ μὲν γὰρ τῶν στυπτι-

affectionem fimul adaugeant, five in folis oculis affectio fit, in ejusmodi malum habitum partibus perductis, ut quod influit corrumpant, five etiam ipfum quod influit vitiatum fit, aut propter folum caput, aut etiam ob totum corpus tale exiftens. Unde etiam affectam partem, quo ad curationem apta fiat, praeparamus tum totius corporis purgationibus tum revulfionibus, primum quidem ad infernam corporis partem, deinde etiam ad occiput et capitis cutem. Utimur etiam fectionibus arteriarum quandoque retro caput porrectas juxta aures arterias incidentes. Excidimus quoque partem arteriarum in temporibus, tantum ut curemus in tunicis oculorum factum affectum, ob quem etiam bonus fanguis per venas ad ipfas tunicas delatus corrumpitur. Ad hos igitur affectus folos convenire videtur praedictorum medicamentorum genus, citra mordacitatem reficcans in affecta parte vitiatos humores, qui, ut dictum eft, id quod influit corrumpunt. Aftringentium enim facultas ne-

κῶν δύναμις οὔτε ξηραίνει τὴν τοιαύτην διάθεσιν, ἐπέχει τε τῶν δακνωδῶν ἰχώρων τὰς ἐκροάς. ἡ δὲ τῶν θερμῶν καὶ δριμέων οὐ μόνον οὐδὲν ὀνίνησιν, ἀλλὰ καὶ συναυξάνει τὴν ποιότητα τῶν δακνωδῶν χυμῶν, ἡ δὲ τῶν χαλαστικῶν τε καὶ διαφορητικῶν φαρμάκων δύναμις ἐκκενοῦν μὲν δύναται τὸ γεινόμενον, οὔτε δὲ τὸ ἡλκωμένον ἀναστρέφειν ἢ ἐπουλοῦν οὔτε τὸ προπεπτωκὸς προστέλλειν τε καὶ κατακλείειν, ὥσπερ οὐδ' ἡ τῶν πεπτικῶν, [425] εἰ καὶ τὸ πέττειν τὰς διαθέσεις ἀγαθὸν οὐ σμικρὸν ἔχει. κρόκος δέ ἐστιν, ὡς ἔφην, καὶ σμύρνα καὶ λιβανωτὸς ἐκ τῶν τοιούτων φαρμάκων. τί δεῖ λέγειν ἔτι περὶ τῶν ὀξείας ἢ πικρὰς ἐχόντων δυνάμεις φαρμάκων, ὡς δακνώδη τε καὶ παροξυντικὰ τῶν τοιούτων ἐστὶ διαθέσεων, ἐπὶ πλέον δ' αὐτῶν ἥκει κακίας τὰ νιτρώδη δύναμιν ἢ ἁλμυρὰν ἢ αὐστηρὰν ἔχοντα. ὑπόλοιπον οὖν ἐστι γένος ἐκθεραπεύειν δυνάμενον ἕλκη μετὰ ῥεύματος δριμέος, ὅσα διῆλθον ἀρτίως ἀδήκτων φαρμάκων, ἐν πλείονι χρόνῳ τὴν κακοχυμίαν τοῦ πεπονθότος μορίου ἐκδαπανῶντα. κα-

que resiccat talem affectum, cohibetque mordacium humorum serosorum effluxus. Calidorum vero et acrium facultas non solum nihil juvat, sed etiam simul auget mordacium humorum qualitatem. At vero relaxantium ac discussoriorum medicamentorum vis evacuare quidem potest quod generatur, verum ulceratum neque renutrire aut ad cicatricem perducere potest, neque quod procidit retrudere et concludere. Quemadmodum etiam neque concoquentium facultas id praestare potest, etiam si concoquere affectus non parvum commodum complectatur. Ex eorum vero genere sunt crocus, myrrha et thus, quemadmodum dixi. Quid porro dicere refert de his medicamentis, quae acidas aut amaras habent vires, quod mordacia et exacerbativa ejusmodi affectuum existant? Verum his adhuc ampliore malitia praedita sunt quae nitrosam aut salsam aut austeram vim habent. Reliquum igitur est genus id, quod ulcera cum acri fluxione curare potest, eorum videlicet quae paulo ante mordacitatis expertia medicamenta dixi, quae longiori tempore affectae partis vitiatum humorem consumunt. Appel-

λεῖται δὲ παρὰ τῶν ἰατρῶν τὰ τοιαῦτα κολλύρια λιβιανὰ καὶ κύκνοι, διὰ μὲν τὴν χρόαν λευκὴν οὖσαν, ὡς οἱ κύκνοι, κρατοῦντος ἐν αὐτοῖς ἀμύλου τε καὶ γῆς Σαμίας καὶ ψιμυθίου τοῦ Ῥοδιακοῦ. καὶ γὰρ καὶ ἄλλως ἄριστον τοῦτο καὶ τῇ χρόᾳ λευκότερόν τε καὶ κουφότερον καὶ λεπτομερέστερον τῶν ἐν τῷ ἑτέρῳ τινὶ χωρίῳ γινομένων. ἐν οἷς δὲ ἐπικρατεῖ τὰ ἄλλα φάρμακα, τὴν χρόαν ἐργάζεται κατὰ τὴν ἑαυτῶν οὐσίαν, ὥσπερ εἴ τις τῷ λευκῷ χρώματι μίξειεν ὀλίγον κυανοῦν. ταῦτα δὲ τὰ κολλύρια διὰ τοῦτο ἀποτρίβουσί τινες (205) ταῖς ἀκόναις ἐπιστάζοντες ἐκ τῶν τιτθῶν εὔχυμον γάλα, διότι βούλονται φυλάττεσθαι τὸ τῶν ὠῶν ἐμπλαστικόν. ἐν δὲ τῷ γάλακτι περιεχομένου τινὸς ὀῤῥώδους ῥυπτικοῦ, σύμμετρος ἡ χρῆσις αὐτοῦ γίνεται τῇ προκειμένῃ θεραπείᾳ. δέδεικται γὰρ ἐν τῷ τρίτῳ τῆς θεραπευτικῆς μεθόδου ῥυπτικῶν ἀδήκτων δεόμενα τὰ πληρωθησόμενα τῶν ἑλκῶν. εἰ δὲ μὴ παρείη γάλα τοιοῦτον, διὰ τοῦ τῆς τήλεως ἀφεψήματος ἄμεινον ἀποτρίβειν τὰ κολλύρια, ῥυπτικὸν ἐχούσης τι καὶ ταύτης, ὃ μηδ᾽ ὅλως μέτεστι τοῖς ὠοῖς.

lantur talia a medicis collyria libiana et cygni, ob colorem quidem album, qualem etiam cygni habent, praevalente in ipsis amylo et terra Samia ac cerussa Rhodiaca. Nam et alias optima haec est et colore albidior ac levior magisque tenuium partium quam quae in alio quopiam loco conficiantur. Caeterum in quibus alia medicamenta praedominantur, colorem juxta suam ipsorum substantiam efficiunt, velut si quis albo colori paucum coeruleum admisceret. Haec ipsa vero collyria quidam in cotibus terunt boni succi lacte ex nutricum uberibus instillato, ut obductoriam meatuum vim, quae in ipsis ovis est evitent, quum in lacte serosa quaedam extersoria vis contineatur, cujus usus congruens est ad propositam curationem. Relatum enim in tertio curandi methodi est, quod ulcera explenda citra acrimoniam extergentibus medicamentis opus habent. Quod si hujusmodi lac haberi nequeat, per foenigraeci decoctum collyria terere praestiterit, utpote quod extersoriam quandam vim habet, qua ova ipsa in totum carent.

Κεφ. β΄. [Περὶ τραχωμάτων.] Οὐσῶν δὲ δυσιάτων τῶν εἰρημένων διαθέσεων, ὑπερβάλλουσι χαλεπότητι προσγενόμεναι τῶν βλεφάρων αἱ τραχύτητες, ὑφ᾽ ὧν καὶ κατὰ τὰς ὀφθαλμίας οἱ χιτῶνες τῶν ὀφθαλμῶν ὀδυνῶνται κοπτόμενοι. ἀλλ᾽ ἐπ᾽ ἐκείνων μὲν τολμῶμεν τοῖς ἰδίοις τῆς φλεγμονῆς φαρμάκοις μιγνύναι τι βραχὺ τῶν ῥυπτικῶν, ὁποῖόν ἐστι τὸ δι᾽ οἴνου τραχωματικὸν κολλύριον, ὡς καταστεῖλαι μὲν πρῶτον ὅσα τοῖς βλεφάροις ἐπιτρέφη, ἀφλεγμαντοτέρων δὲ γενομένων τῶν κατὰ τῶν ὀφθαλμῶν ἀποῤῥύψαι τὰς τραχύτητας. ἐπὶ δὲ τῶν ἕλκους ἐχόντων μετὰ ῥεύματος δακνώδους οὐχ οἷόν τε τοιούτῳ χρήσασθαι φαρμάκῳ, διαβρωθήσεται γὰρ ἐπὶ πλέον ὁ κερατοειδὴς ἥ τε τοῦ ῥαγοειδοῦς πρόπτωσις ἔσται μείζων, ὀδύνη τε σφοδρὰ καταλήψεται τὸν ἄνθρωπον, ἐπιταθήσεται δὲ καὶ τὸ κακόηθες ῥεῦμα. καταστάντες οὖν εἰς ἀπορίαν τῆς τοιαύτης ἐπιπλοκῆς τῶν παθῶν οἱ ἰατροὶ μόνην ἐξευρήκασι βοήθειαν, ὡς ἐν ἀπόροις ἐκστρέφοντες τὰ βλέφαρα διαῤῥύπτειν αὐτὰ καὶ ἀποσμᾶν ἄνευ φαρμάκων, ἔνιοι μὲν αὐτῷ τῷ κυαθίσκῳ τῆς σμίλης ἐπιπολῆς

Cap. II. [*De palpebrarum fcabritiis.*] Quum aegre curabiles praedicti affectus exiftant, adhuc moleftius fe extendunt, ubi acceſſerint fcabritiae palpebrarum, a quibus etiam in lippitudinibus oculorum tunicae concifae dolore affliguntur. Verum in illis audemus ad inflammationis propria medicamenta mifcere paulum quid de extergentibus, velut eft collyrium ex vino fcabritiis accommodatum, quo primum ea quae palpebris fuccreverint deprimantur, ubi vero inflammátio oculorum mitior evaferit, afpritudines repurgentur. In his vero qui ulcus habent cum mordaci fluxione impoffibile eft ejusmodi uti medicamento, cornea enim tunica amplius erodetur et ragoeides magis procidet et vehemens dolor hominem apprehendet, augebiturque malignitas fluxionis. In hujusmodi itaque affectuum complexu medici ad confilii inopiam redacti folum remedium velut in defpératis repererunt, ut palpebras ipfas inverfas citra medicamentorum ufum repurgent et abftergant, aliqui qui-

ἀποξύοντες, εἶτα σπόγγῳ μαλακῷ τὸ ἀποῤῥέον ἐκλαμβάνοντες, προστέλλοντές τε τὰ βλέφαρα τὸ λοιπὸν τῆς τραχύτητος. ἔνιοι δὲ καὶ δέρματα θαλαττίων ζώων τινῶν ἐπιπολῆς τραχέα συμμέτρως εἰς τὴν τοιαύτην χρείαν παραλαμβάνουσιν. εἷς δέ τις τῶν ἐμῶν διδασκάλων καὶ κολλύριον ἐποίησε διὰ κισσήρεως καὶ τὰς τραχύτητας ἀπέῤῥυπτεν, ἐκστρέφων τὰ βλέφαρα. πρόδηλον δ' ὅτι λελειῶσθαι τὴν κίσσηριν ἀκριβῶς χρὴ, κἄπειδὰν τοῦτο γένηται διὰ τραγακάνθης ἢ κόμμεως ἀναπλάττεσθαι. [426] παυομένου δ' ἐν τῷ χρόνῳ διὰ τῶν εἰρημένων κολλυρίων τοῦ ῥεύματος, ἐπιτολμῶμεν ἤδη τὰ ῥυπτικὰ τῶν φαρμάκων προσφέρειν τοῖς βλεφάροις ὀλίγον τι μιγνύντες αὐτῶν τὸ κατ' ἀρχὰς, εἶτ' ἐὰν τοῦτο φέρειν ὁ ἄνθρωπος φαίνηται κατὰ βραχὺ παροξύνοντες. ἐπειδὰν δὲ καὶ τὸ ῥεῦμα ξηρανθῇ καὶ τὰ βλέφαρα μετρίως ἔχῃ τὴν πλήρωσιν τῶν κοίλων ἑλκῶν, τῷ διὰ λιβάνου κολλυρίῳ ποιοίμεθα, μιγνύντες αὐτῷ κατ' ἀρχὰς μὲν ὀλίγιστον τοῦ δι' οἴνου, κατὰ βραχὺ δὲ τὴν μῖξιν αὐξάνοντες, ὥστε τὰ βλέ-

dem fpecilli concavo fuperficiem deradentes, deinde molli fpongia id quod defluit excipientes, palpebrasque, quod ad reliquum afpritudinis, ad aequalitatem redigentes. Aliqui vero etiam marinorum quorundam animalium coria in fuperficie afpera in ejusmodi ufum congrue affumunt. Quidam ex praeceptoribus meis etiam ex pumice collyrium fecit, atque eo verfis palpebris afpritudines deradebat. Manifeftum eft autem pumicem exquifite laevigatum effe oportere, atque ubi id factum fuerit, cum tragacantha aut gummi in collyrium formari. Caeterum ubi temporis progreffu per praedicta collyria fluxio fuerit fedata, audemus jam medicamenta quae extergant palpebris admovere, parum tamen quippiam ex eis principio admifcendo, quod ubi homo perpeti poffe videbitur, paulatim copiam augebimus. Poftquam vero palpebrae moderate habuerint et fluxus fuerit reficcatus, cava ulcera collyrio ex thure explere oportet, ita ut in principio pauxillum collyrii ex vino ei admifceamus et paulatim ejus copiam extendamus, ut ne palpebrae am-

φαρα μηκέτι ἐνοχλεῖν τοῖς χιτῶσι τῶν ὀφθαλμῶν, ἀκριβῶς τε τὰ ἕλκη καθαρὰ γενόμενα πληροῦσθαί τε καὶ συνουλοῦσθαι. περὶ μὲν οὖν τούτων αὐτάρκως εἴρηται, μεταβαίνειν δ' ἤδη καιρὸς ἐπὶ τὰ λοιπὰ τῶν κατὰ τοὺς ὀφθαλμοὺς παθῶν τε καὶ φαρμάκων.

Κεφ. γ'. [Περὶ ὀφθαλμίας.] Ἄρξομαι δὲ ἀπὸ τοῦ συνεχεστάτου γινομένου πάθους ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς, ὃ καλοῦσιν ἰδίως ὀφθαλμίαν. ἔστι δ', ὡς ἐμάθετε, φλεγμονὴ τοῦ περιοστίου τε καὶ περικρανίου καλουμένου χιτῶνος ἢ ὑμένος ἢ ὅπως ἄν τις ὀνομάζειν ἐθέλοι. καλοῦσι δὲ τὸν αὐτὸν τοῦτον ἐπιπεφυκότα, διότι τοῖς ἄλλοις ὅσοι τὸν ὀφθαλμὸν αὐτὸν συνιστῶσι χιτῶσιν ἐπιπέφυκεν ἔξωθεν, σύνδεσμος ὢν καὶ αὐτὸς ὅλῳ τῷ ὀφθαλμῷ, πρὸς τὰ περικείμενα τῶν ὀστῶν, καὶ διὰ τοῦτο συνεπαίρεται τὰ πέριξ τῶν ὀφθαλμῶν ἄχρι τῶν μήλων ἐνίοτε κατὰ τὰς σφοδροτέρας ὀφθαλμίας. εὔδηλον οὖν ὅτι τὰ θεραπεύοντα φάρμακα τὸ τοιοῦτο πάθος ὑποπεπτωκέναι μὲν χρὴ πάντως τῇ κοινῇ τῶν πάντων. θε-

plius tunicas oculorum infeftent et ulcera munda reddita exacte impleantur, et ad cicatricem perducantur. De his itaque fufficienter dictum eft. Tranfeundi enim jam tempus ad reliquas oculorum tum affectiones tum pharmacorum compofitiones.

Cap. III. [*De ophthalmia.*] Exordium autem a frequentiffima oculorum affectione fumam, quam proprie ophthalmiam appellant. Eft autem, velut didiciftis, inflammatio tunicae os capitis et calvariam ambientis. Neque refert fi pelliculam quis aut quocunque tandem nomine appellare velit. Vocant autem et membranam agnatam, propterea quod aliis quae oculum ipfum conftituunt tunicis forinfecus agnata fit, ligamentum exiftens toti oculo ad circumfita offa, et ob id omnia quae circumcirca oculos fita funt usque ad malas quandoque in vehementi ophthalmia fimul attolluntur. In propatulo itaque eft omnia medicamenta hujusmodi affectionem curantia fub communem omnium inflammatorum curationem cadere, affumereque neceffario

ραπείᾳ φλεγμαινόντων, προσειληφέναι δέ τι καὶ τῆς τοῦ μορίου φύσεως, εὐπάθειαν ἐξαίρετον ὑπὲρ πᾶν τὸ καθόλου τοῦ σώματος δέρμα διά τε τὴν εὐαισθησίαν καὶ τὴν ἀραιότητα τῆς οὐσίας προσειληφότος. ἀποκρουστικὰ δὲ παραληπτέον φάρμακα τὰ μὴ τραχύνοντα, τουτέστι μὴ σφοδρὰν ἔχοντα τὴν στύψιν, ἀλλὰ μετριώτερα μὲν αὐτὰ κατὰ τὴν οἰκείαν οὐσίαν, ἐπιμιξίᾳ δὲ παρηγορικῆς ὑγρότητος ἔτι καὶ μᾶλλον τοιαῦτα γινόμενα. παρηγορικὰς δὲ ὑγρότητας ἔφην ᾠοῦ τε τὸ λευκὸν καὶ τὸ τῆς τήλεως ἀφέψημα καὶ πρὸς τούτοις ἔτι τὸ γάλα. προνοεῖσθαι δὲ ὅταν αὐτὸ χρὴ τοῦ νέας ἅμα καὶ εὐχύμου γυναικὸς εἶναι τοῦτο, τῶν τιτθῶν ἐκθλιβομένων ἐπὶ τὴν ἀκόνην, ἐφ᾽ ἧς ἀποτρίβεται τὸ κολλύριον, ὅπως ἔτι χλιαρὸν ἐγχέηται τοῖς ὀφθαλμοῖς. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἐπὶ τῶν σφοδρῶς ὀδυνωμένων ἢ διὰ μέγεθος φλεγμονῆς ἢ διὰ δριμύτητα τῶν ἐπιῤῥεόντων ὑγρῶν ἀναγκαζόμεθα πράττειν, ὡς τὸ πολὺ δ᾽ ἀρκεῖ τὸ λευκὸν τοῦ ᾠοῦ μετὰ τῶν ἐπιτηδείων φαρμάκων, ἐκθεραπεύειν τὰς ὀφθαλμίας διὰ τῶν καλουμένων μονοημέρων κολλυρίων. οὕτω γὰρ

quippiam pro partis ipſius natura, quae excellentem mollitiem et ad hoc, ut laedatur, aptitudinem ſuper omnem totius corporis cutem nacta eſt, propter ſenſus ſubtilitatem et ſubſtantiae raritatem. Adhibenda ſunt autem medicamenta repulſoria non exaſperantia, hoc eſt non vehementem ſortita aſtrictionem, ſed quae tum propria ſua ſubſtantia ſunt moderatiora tum lenitivi liquoris admixtione adhuc magis talia fiant. Lenitivos autem liquores dixi ovi candidum et foenigraeci decoctum et ad haec amplius ipſum lac, in quo providum eſſe convenit, ut juvenculae ſimulque boni ſucci foeminae exiſtat, uberibus ipſius in cotem in qua collyrium teritur expreſſis, quo calidum adhuc oculis infundatur. Caeterum hoc in vehementi dolore aſſlictis aut propter inſlammationis magnitudinem aut ob inſluentium humorum acritudinem facere cogimur. Ut plurimum vero albus ovi liquor cum accommodatis medicamentis ophthalmias curare ſufficit, per collyria videlicet monohemera, hoc

οὐκ ὀλιγάκις ταῦτα μεγάλας φλεγμονὰς ἐπράϋνεν οὕτως, ὡς εἰς ἑσπέραν μὲν λουτρῷ χρήσασθαι τὸν ἄνθρωπον, ἐπὶ δὲ τῆς ὑστεραίας τῷ καλουμένῳ ναρδίνῳ κολλυρίῳ, πρὸς ἀποκατάστασίν τε καὶ τόνωσιν ὑπαλείψασθαι. παραμιγνύναι δ' αὐτῷ κατὰ μὲν τὴν πρώτην ὑπάλειψιν ἐλάχιστόν τι τῶν δριμέων καὶ σταλτικῶν ὀνομαζομένων, κατὰ δὲ τὴν δευτέραν βραχύ τι τοῦδε πλεῖον. ἀρκοῦσι γὰρ αἱ δύο προσφοραὶ τοῦ φαρμάκου καί τις περίπατος οὐ πολὺς πρὸ τοῦ βαλανείου. τὰ δ' οὖν μονοήμερα καλούμενα κολλύρια ἔνια μὲν ἰδίως ὀνομαζόμενα τρυγώδη πολλὴν ἔχει τὴν ἀκακίαν, ἔνια δὲ ἤτοι παντάπασιν ὀλίγην [427] ἢ οὐδ' ὅλως ἔχοντα προσείληφε τὰ μὲν τὴν λεπίδα τοῦ χαλκοῦ, τὰ δὲ τὸν κεκαυμένον χαλκὸν ὀλίγον, ἅμα πολλοῖς τοῖς ἄλλοις ὅσα στύφει μετρίως καὶ πέττει καὶ διαφορεῖ. τοιαῦτα δέ ἐστι κρόκος καὶ σμύρνα καὶ λύκιον Ἰνδικὸν, καὶ καστόριον δὲ καὶ λιβανωτὸς ἄνευ τοῦ στύφειν πέττει τε ἅμα καὶ διαφορεῖ. ἐφ' ὧν μὲν οὖν ἐπικρατεῖ τὰ στύφοντα πλεῖστον μὲν εἶναι χρὴ τὸ ὑγρὸν

eſt unius diei, appellata. Adeo enim haec non parum ſaepe magnas inflammationes mitigaverunt, ut in veſperam quidem homo balneo uteretur, in ſequenti vero die nardino collyrio ad inſtaurationem et corroborationem inungeretur. Admiſcere autem ei circa primam inunctionem minimum quiddam acrium et ſiſtentium medicamentorum oportet et circa ſecundam paulo amplius quiddam priore. Sufficiunt enim hae duae medicamenti adhibitiones et deambulatiuncula aliqua non multa ante balneum. Porro collyria monohemera appellata quaedam privatim faeculenta dicta multam in ſe habent acaciam, quaedam ſive omnino exiguam ſive neque in totum habent. Complectuntur autem alia quidem aeris ſquamam, alia vero aes uſtum exiguum additis multis aliis, quae mediocriter aſtringunt et concoquunt et diſcutiunt. Talia autem ſunt crocus, myrrha, lycium Indicum, et caſtorium quidem et thus citra aſtrictionem concoquunt, ſimulque diſcutiunt. In quibus igitur aſtringentia praedominantur, plurimum ovi liquorem et pauciſſimum

τοῦ αὐτοῦ, βραχύτατον δὲ τοῦ φαρμάκου, καὶ μάλιστα ἐὰν ἔχῃ τι τῶν μεταλλικῶν τὸ φάρμακον. ἐφ' ὧν δ' ἂν ὅ τε κρόκος καὶ ἡ σμύρνα καὶ τὸ καστόριον, ὅ τε λιβανωτὸς καὶ τὸ λύκιον ἐπικρατῇ βραχὺ παχυτέρῳ χρηστέον ἐστὶ τῷ φαρμάκῳ. πυρίᾳ τε χρηστέον πάντως ἐπ' αὐτοῖς διὰ σπόγγου, μετρίως μὲν ὀδυνωμένοις ἅπαξ ἢ δὶς τῆς ἡμέρας· εἰ δὲ σφοδρότερον ὀδυνώμενοι τυγχάνοιεν, ἄμεινόν ἐστι καὶ τρὶς καὶ τετράκις καὶ πλεονάκις χρῆσθαι, μάλιστα ἐν ταῖς μεγάλαις ἡμέραις ταῖς θεριναῖς. ἡ πυρία δὲ δι' ἀφεψήματος γινέσθω μελιλώτου καὶ τήλεως. περὶ μὲν οὖν ὀφθαλμίας αὐτάρκως εἴρηται, περὶ δὲ τῶν ἑλκῶν ἐφεξῆς ἐρῶ.

Κεφ. δ'. (206) [Περὶ τῶν ἐν ὀφθαλμοῖς ἑλκῶν.] Δεῖται μὲν καὶ ταῦτα τῆς αὐτῆς κατὰ γένος θεραπείας τοῖς ἄλλοις ἕλκεσιν, ἣν ἐπιπλεῖστον διῆλθον ἐν τῷ τρίτῳ καὶ τετάρτῳ τῆς θεραπευτικῆς μεθόδου, διὰ δὲ τὴν τοῦ μορίου φύσιν ἀδηκτότατα προσοιστέον, ἐν οἷς ἔφην εἶναι τὸ διὰ πομφόλυγος πεπλυμμένης. μίγνυνται δ' αὐτοῖς καὶ χυλοί τινες οὐ μόνον ἄδηκτοι παντάπασιν, ἀλλὰ καὶ τὰς σφοδροτάτας

medicamentum esse oportet, praesertim si quid ex metallicis medicamentum in se complectatur; in quibus vero crocus et myrrha castoriumque ac thus et lycium praevaleant, paulo crassiore medicamento utendum est. Fomentum praeterea omnino adhibendum est ipsis per spongiam, siquidem mediocris sit dolor, semel aut bis in die, si vero vehementior dolor urgeat, praestat ter aut quater et saepius uti in longis praesertim aestivis diebus. Fiat autem fomentum per meliloti et foenigraeci decoctum. De ophthalmia itaque satis dictum est, deinceps de ulceribus dicam.

Cap. IV. [*De ulceribus oculorum.*] Ulcera oculorum eandem secundum genus curationem requirunt quam alia ulcera, eam videlicet quam per longum in tertio et quarto curativae methodi recensui, verum ob partis naturam quam lenissima adhibenda sunt, ex quorum numero id quod ex pompholyge lota constat esse dixi. Admiscentur eis etiam succi quidam non solum omnino mordacitatis expertes, sed

Ed. Chart. XIII. [427.] Ed. Bas. II. (206.)

ὀδύνας πραΰνειν δυνάμενοι, καθάπερ ὁ τοῦ μανδραγόρου χυλός. ἔνιοι δὲ καὶ πολυγόνου χυλὸν ἔμιξαν, ὥσπερ ἕτεροι, καὶ αὐτῶν τῶν ὠῶν τὸ λευκόν. εὔδηλον δ' ὅτι πλησίον ἀναπλάσεως ὄντι τῷ φαρμάκῳ τὰ τοιαῦτα μίγνυται διὰ τὸ ταχέως ὀξύνεσθαι. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν καιρὸν καὶ ὁ τῶν ῥόδων μίγνυται χυλός. ἡ δὲ ἰδίως ὕλη τῶν ἐν ὀφθαλμοῖς ἑλκῶν εὔδηλον ὅτι καὶ αὕτη σκοπὸν ἔχει καθαρὸν φυλάττειν τὸ ἕλκος, ὡς τῆς φύσεως τῶν μορίων πληρούσης τε καὶ πρὸς οὐλὴν ἀγούσης αὐτὸ, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἑλκῶν προείρηται. φλεγμονῆς μὲν οὖν ἔτι κατὰ τὸν ὀφθαλμὸν οὔσης ἤ καί τινος ὀδύνης, τὰ διὰ λιβανωτοῦ τε κολλύρια καὶ τῶν πεπλυμμένων μεταλλικῶν καὶ τῶν ἀδήκτων χυλῶν προσφέρεται. ῥυπαρῶν δὲ ἐν τῇ χρήσει ταύτῃ τῶν ἑλκῶν γενομένων, μίγνυσθαί τι χρὴ τῶν ῥυπτόντων, ὁποῖόν ἐστι τὸ Πακκιανὸν δι' οἴνου κροκῶδες, ᾧ χρώμεθα παραμιγνύντες ἐλάχιστον αὐτοῦ τοῖς προειρημένοις φαρμάκοις. ἔχει δὲ τοῦτο πλεῖστον μὲν τὸν κρόκον, ἀφ' οὗ καὶ κροκῶδες ὀνομάζεται,

qui etiam vehementissimos dolores mitigare possunt, velut est mandragorae succus. Quidam etiam polygoni succum admiscuerunt, quemadmodum alii ipsorum etiam ovorum candidum. Manifestum vero est, quod ubi jam propemodum instat tempus praeparandi medicamentum, tum demum hujusmodi admiscentur propterea quod facile acescant. Eodem tempore etiam rosarum additur succus. Caeterum clarum est sylvam medicamentorum, quae proprie ad oculorum ulcera pertinet, scopum habere ut ulcus mundum servetur, utpote partium natura ipsum explente et ad cicatricem perducente, quemadmodum in aliis ulceribus est praedictum. Si itaque inflammatio adhuc circa oculum existat aut quispiam etiam dolor, collyria ex thure et metallicis lotis et succis mordacitatis expertibus adhibentur, ubi vero sordida reddita ex eorum usu ulcera fuerint, de repurgantibus quippiam admiscere oportet, quale est Paccianum ex vino croceum, quo utimur, minimum quid ex eo praedictis medicamentis addentes. Habet autem hoc plurimum in se crocum, unde etiam croceum appellatur, habet etiam ex repur-

μέμικται δ' αὐτῷ καὶ τῶν ῥυπτόντων μεταλλικῶν ἔνια· διὸ καὶ τραχωμάτων ἐστὶ καθαιρετικὸν οὐ μόνον τῶν μικρῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν μεγάλων, ἃ προσαγορεύουσι συκώσεις· λεπτύνει δὲ καὶ τὰ πτερύγια. περὶ μὲν οὖν τῶν τοιούτων φαρμάκων μικρὸν ὕστερον εἰρήσεται· τῶν δ' ἑλκῶν ὅσα δι' ἀνάβρωσιν γίγνεται τοῦ κερατοειδοῦς, ὡς προκύπτειν τι καὶ τοῦ ῥαγοειδοῦς, ὅτι δὴ καὶ ταῦτα δι' ἑαυτό τε καὶ τὸ προπεσὸν ἀποκρουστικῶν τε καὶ στυπτικῶν δεῖται φαρμάκων εὔδηλόν ἐστι. πειρᾶσθαι δὲ ἐπ' αὐτῶν δεῖ ἐκλέγεσθαι τὰ μηδεμίαν ἐργαζόμενα τραχύτητα. τῶν δ' ἐναντίων τούτοις φαρμάκων, ὅπερ ἐστὶ τῶν διαφορητικῶν, αἱ φλύκταιναι χρήζουσι καὶ τὸ γεννώμενόν ποτε πῦον ἔνδον τοῦ κερατοειδοῦς. τὰ μὲν οὖν πρόσφατα [428] καὶ ἔτι φλεγμαίνοντα τοῖς διὰ σμύρνης καὶ λιβανωτοῦ καὶ κρόκου καθίσταται φαρμάκοις. τὰ χρονιώτερα δὲ καὶ τῶν διαφορητικῶν τι προσλαμβάνουσι, καθάπερ γε καὶ αἱ σκιῤῥούμεναι φλεγμοναὶ τῶν χιτώνων. ἐπὶ τούτων γὰρ καὶ διὰ τῶν δριμέων ὀπῶν εὐδοκιμεῖ φάρμακα τάδε· εἰς κολλυρίων εἴδη ἀναπλαττόμενα αἱ καλούμεναι πρὸς τῶν ἰατρῶν ἰδίως ἔγχρισται δυνάμεις ὑγραί, ὁποίας καὶ

gantibus metallicis aliqua, quapropter etiam afpritudines exftirpat non parvas modo, fed magnas, quas fycofeis appellant, attenuat item pterygia, *oculorum ungues.* De his itaque medicamentis paulo poft dicetur. At vero ulcera quae per erofionem tunicae corneae fiunt, ut etiam ex uniformi quid pronuat manifeftum eft, quod tum propter se ipfa tum ob prolapfionem repellentibus et aftringentibus medicamentis opus habent. Conandum eft autem ut ex ipfis eligamus quae nullam afpritudinem faciunt. Verum his contraria medicamenta, hoc eft difcufforia, puftulae expetunt et pus quod intra corneam eft generatum. Recentia igitur et adhuc inflammata medicamentis ex myrrha, thure et croco fedantur, vetuftiora autem ex difcufforiis etiam quid depofcunt, quemadmodum item induratae inflammationes tunicarum. In his enim et per acres liquores haec ipfa medicamenta in collyriorum formam redacta proficiunt et quae privatim a medicis inunctiles liquidae com-

τοῖς ἀρχομένοις ὑποχεῖσθαι σκευάζουσιν. ἐπὶ δὲ τῶν πτερυγίων τε καὶ τῶν συκώσεων, ὡς ἔφην, τὰ ῥυπτικὰ φάρμακα προσφέρεται, τὰ μὲν εἰς κολλυρίων ἰδέαν ἀναπλαττόμενα, τὰ δὲ καὶ ξηρὰ χωρὶς ἀναπλάσεως, ἐφ᾽ ὧν ἔμιξάν τινες ὀλίγον τι τῶν σηπτικῶν φαρμάκων. ἐγγὺς δὲ τούτων ἐστὶ τὰ τὰς ψωρώδεις διαθέσεις ἐν τοῖς βλεφάροις ἰώμενα, καὶ διὰ τοῦτο προσαγορευόμενα ψωρικά. πάντων δ᾽ αὐτῶν ἐστιν ἰσχυρότατα τά τε τοὺς παλαιοὺς τύλους ἐκτήκοντα καὶ τὰ καλούμενα πτερύγια θεραπεύοντα, διὰ τῶν ῥυπτικῶν τε καὶ σηπτικῶν φαρμάκων συγκείμενα.

Κεφ. ε΄. [Περὶ τῆς τῶν ὀφθαλμικῶν φαρμάκων δυνάμεως.] Καί μοι σχεδὸν ἤδη τῆς ἁπάντων τῶν ἐν ὀφθαλμοῖς παθῶν τε καὶ κατὰ γένος φαρμάκων ἐξηγήσεως γενομένης, εἰρημένων δὲ καὶ τῶν κατὰ γένος ἀδήκτων φαρμάκων, ὁποῖα τὰ διὰ τῶν πεπλυμμένων μεταλλικῶν ἔφην συντίθεσθαι, βέλτιον εἶναι δοκεῖ καὶ τῶν ἄλλων ὀφθαλμικῶν φαρμάκων ἐξηγήσασθαι τὰς δυνάμεις. ἐκ τούτου γὰρ ἡγοῦμαι συνθετικωτέρους γενέσθαι καὶ τῶν ἤδη συγκειμένων κριτι-

poſitiones appellantur, quales etiam iis, qui ſuffuſionis principium ſentiunt apparant. In pterygiis vero et ſycoſi repurgantia, ut dixi, medicamenta adhibentur, partim in collyriorum formam redacta, partim arida citra alicujus figurae inductionem, in quibus aliqui etiam ex erodentibus medicamentis aliquid addiderunt. His vicina ſunt quae ſcabros in palpebris affectus perſanant, atque ob id pſorica appellantur. Fortiſſima vero omnium ſunt, quae antiquos callos liquefaciunt et quae pterygia dicta curant, ex repurgantibus et erodentibus medicamentis conflata.

Cap. V. [*De ocularium medicamentorum viribus.*] Porro quum jam omnium fere in oculis affectionum medicamentorumque eorundem ſecundum genus expoſitionem fecerim, relataque ſint a me medicamenta ſecundum genus mordacitatis expertia, qualia ex lotis metallicis componi dixi, melius fore mihi videtur ſi etiam aliorum ocularium medicamentorum vires exponam. Ex hoc enim exiſtimo ad componendum promptiores futuros et de jam compoſitis

κωτέρους, τοὺς ἐν αὐτοῖς γεγυμνασμένους. ἀδηκτοτάτων οὖν ὄντων ὧν εἶπον ἔμπροσθεν φαρμάκων, ἀδήκτων δὲ καὶ τῶν τριῶν ὑγρῶν, ὧν τὸ μὲν ἀφέψημα τῆς τήλεως ἦν, τὸ δὲ γάλα, τὸ δὲ τὸ ἐν τοῖς ᾠοῖς ὑγρὸν τὸ λεπτὸν, ἐν τῷ γένει τούτων ἡγητέον εἶναι τό τε κόμμι καὶ τὴν τραγάκανθαν, καὶ εἰ μὴ τὰ προειρημένα τρία πρόχειρον εἶχε τὴν κτῆσίν τε καὶ χρῆσιν, ἀποβρέχοντες ἂν ἐν ὕδατι πολλῷ βραχὺ κόμμεως ἢ τραγακάνθης εἰς τὴν αὐτὴν χρείαν ἄγομεν τοῖς τρισὶν, ὡς ἀποτρίβειν τε δι' αὐτῶν ἐπὶ τῆς ἰατρικῆς ἀκόνης τὰ κολλύρια καὶ μόνοις ἐγχεομένοις, ἐκκλύζειν τοὺς ἐν τοῖς πάσχουσιν ὀφθαλμοῖς γενομένους ἰχῶρας. ἀλλὰ καὶ νῦν αὐτοῖς χρώμεθα κατὰ πάντα σχεδὸν τὰ κολλύρια. πλὴν γὰρ ὀλιγίστων ἀναλαμβάνεται πάντα μετὰ τὸ λειωθῆναι διαβεβρεγμένα συμμέτρως τοῖς φαρμάκοις τούτοις. ἓν μὲν δὴ τοῦτο γένος ἡμῖν ἀριθμείσθω φαρμάκων ὀφθαλμικῶν, ἔν τε τοῖς τρισὶν ὑγροῖς καὶ τῇ τραγακάνθῃ καὶ τῷ κόμμει καὶ τοῖς πεπλυμένοις μεταλλικοῖς. ἑτέρα δ' ἐπ' αὐτοῖς τὰ βραχεῖαν ἔχοντα δῆξιν ἐκ τοῦ μεμίχθαι τινὰ αὐτοῖς τῶν ἐπ' ὀλίγον στυφόντων ἢ

quae narramus communicare, deficit, quum ejus fuerit penuria, nihil vero aliud nisi quis ultro adeo velit. Saepe enim hoc modo confectum medicamentum nihilo deterius apparuit eo, quod ex moris conftat, in quod tum crocum tum myrrham indebamus. Quin etiam fi alumen ipfi addere velimus, non eft neceffe fciffum injicere. Sufficienter enim aftringit etiam liquidum, quod aliqui phorimon appellant, quod vilis pretii et maxime parabile in omnibus regionibus exiftit, tenuitate tamen partium a fciffo deficit et ob id etiam minus efficax eft. At vero fi hortulanus aliquis aut rufticus hoc medicamentum fibi praeparare velit, habuerit gratis quos conjiciat cytinos aridos contufos et cribratos, nominantur autem fic primogenita punica. Quo tempore enim arbor florere definit, fructus ipfius apparet figuratus in fpeciem punici mali, quem ablatum et reficcatum affervare licet ad tempus fructus nucum. In fine enim veris cytini generantur, definente autem aeftate ad perfectionem

τοι καὶ καταπίπτουσιν ἐπὶ τὴν γῆν πολλοὶ τῶν κυτίνων ἢ ὑπὸ ἀνέμου διασεισθέντες ἢ καὶ [495] ἄλλως πως οὓς ἔνεστιν ἀνελομένους ξηραίνειν, ὡς μηδὲ κατὰ τοῦτο δοκεῖν τι δαπανᾷν τοὺς πένητας ἰατρούς. ἴστε δὲ δήπου καὶ ὡς ὁ τῶν ὀξέων τε καὶ στρυφνῶν ῥοιῶν, ὧν ὀλίγου δεῖν ἄβρωτος ὁ καρπὸς, οἱ κύτινοι κρείττους εἰσὶν, ὥστε κἂν ἀφέλῃς τῶν δένδρων αὐτοὺς, ἢ οὐδείς σε κωλύσει τὸ παράπαν ἢ βραχυτάτην αἰτήσει δοῦναι τιμήν. τὸ δὲ βαλαύστιον ὀνομαζόμενον ἄβρωτόν ἐστι τελέως, ἐπὶ τῷ βουλομένῳ συλλέγειν ὑπάρχον, ὥσπερ ὀρίγανος καὶ θύμβρα καὶ θύμος καὶ ὅσα τοιαῦτα. καὶ τοίνυν καὶ τὸ βαλαύστιον, εἰ θελήσει τις ὠμὸν κόψας καὶ διασήσας ἐμβαλεῖν κατὰ τὴν ἀναλογίαν ἣν ἔμπροσθεν εἶπον ἴσα ὀμφακίῳ, χρήσιμον ἐργάσεται τὸ φάρμακον. ἀλλὰ καὶ τὰ λέμματα τῶν ῥοιῶν, εὐποριστότατόν ἐστι πρᾶγμα στύψιν ἱκανωτάτην ἔχοντα, συμβάλλεσθαι τοῖς εἰρημένοις εὐθὺς ἐν ἀρχῇ δυνάμενα, κάλλιστον δ᾽ ἂν γένοιτο φάρμακον, εἰ κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν καιρὸν τῶν ῥοιῶν οὔπω μὲν οὐ-

veniunt nuces. Quin et in terram decidunt multi cytini aut a vento decussi aut alio quopiam modo, quos collectos siccare licet, ut neque hac parte egenos medicos quicquam impendere opus sit. Nostis autem acidorum et acerborum punicorum, quorum fructus parum abest ut esitari nequeat, cytinos meliores esse, quare etiam si ex arboribus eos avellas, aut nemo penitus te prohibebit aut certe vilissimum pretium sibi dari pro eis postulabit. Caeterum balaustium appellatum penitus cibis non convenit, et si quis colligere id velit, quemadmodum origanum et thymbram ac thymum atque alia hujusmodi gratis licebit. Itaque si balaustium velit quis crudum tusum ac cribratum injicere juxta proportionem, quam antea dixi, pari omphacio pondere utile medicamentum efficiet. At vero et cortices punicorum malorum valde parabiles res sunt, astringendi vim sufficientissimam habentes et qui ad praedicta statim in principio conjici queant. Optimum autem medicamentum reddetur, si juxta id tempus, quo punica nondum perfecte ma-

σῶν τελείων, οὐ μὴν οὐδὲ πόῤῥω πάνυ τῆς τελειώσεως ἐμβάλλειν ἀπ' ἀρ(241)χῆς ἑψημένῳ χυλῷ τῶν καρύων ἐθελήσαις. χρὴ δὲ θλᾷν ἐν ὅλμῳ πρότερον αὐτὰ, ἕνεκα τοῦ ταχέως ἐς τὸ σκευαζόμενον φάρμακον ὅλην ἐκταθῆναι τὴν δύναμιν αὐτῶν.

Κεφ. δ'. [*Περὶ σκευασίας τοῦ διὰ ῥοιῶν καὶ μήλων καὶ ἄλλων στοματικῶν.*] Οὐσῶν δ' ἐν ταῖς ῥοιαῖς τριῶν διαφορῶν, ἔνιαι μὲν γὰρ αὐτῶν εἰσιν αὐστηραὶ, στρυφναὶ δὲ ἕτεραι, καί τινες ὀξεῖαι, τὰς μὲν αὐστηρὰς μόνας ἐμβαλόντι σοι στυπτικώτερον ἔσται τὸ φάρμακον. τὰς δὲ γλυκείας ἥδιον, ὥσπερ γε καὶ σφοδρότερον, εἰ τὰς ὀξείας ἐμβάλλοις. ἐγὼ δ' εἴωθα τὸ ἴσον ἑκάστου γένους μιγνύναι· καὶ γὰρ καὶ ἄλλως αὐτὰς μόνας τὰς πεπειρους ῥόας ὅλας κόπτων μετὰ τῶν λεμμάτων, εἶτα τὸν χυλὸν ἐκθλίβων ἕψων τε μετὰ μέλιτος, οὐ μόνον στοματικὸν ἴσχω φάρμακον, ἀλλὰ καὶ πολλοῖς ἄλλοις ὠφέλιμον, ὡς αὖθις εἰρήσεται. καὶ γίνεται καὶ οὗτος ὁ χυλὸς ἀμείνων εἰς πάντα τῶν τριῶν τῆς ῥοιᾶς

tura ſunt, non tamen longe a perfectione abſunt, eos cortices detractos conjeceris, atque id ſtatim in principio coctionis ſucci. Oportet autem prius in mortario tundere, quo ipſorum vis univerſa citius in medicamentum quod paras diffundatur.

Cap. IV. [*De confectione medicamenti ex malis punicis et malis aliisque ſtomaticis.*] Quum vero tres ſint punicorum malorum differentiae, aliqua enim ipſorum ſunt auſtera, aliqua vero dulcia et quaedam acida, ſi quidem ſola auſtera injicias, magis aſtringens medicamentum reddetur, ſi vero dulcia, ſuavis, quemadmodum ſane fortius fiet, ſi acida tantum indas. Ego autem conſuevi par pondus uniuscujusque generis admiſcere. Nam et alias ipſa ſola matura punica mala integra una cum corticibus tundo, deinde ſuccum exprimo ac cum melle coquo, et non ſolum ſtomaticum medicamentum ori commodum habeo, ſed et ad multa alia utile, veluti rurſus dicetur. Atque fit hic ſuccus ad omnia praeſtantior ex tribus punicorum ſpeciebus aut ge-

εἰδῶν ἢ γενῶν ἢ διαφορῶν ἢ ὅπως ἄν τις ὀνομάζειν ἐθέλοι. μίγνυμεν δὲ καὶ τῶν βάτων τὸν καρπὸν, ὃν ἔνιοι μὲν ἀπὸ τοῦ φυτοῦ παρονομάζουσι βάτινα προσαγορεύοντες, ἔνιοι δὲ συνθέτῳ προσηγορίᾳ μόρα καλοῦσι, προστιθέντες τὰ ἀπὸ τῶν βάτων, ἐξ ὧν ὁ χυλὸς ὁμοίως σκευαζόμενος τῷ διὰ τῶν συκαμίνων ἄμεινον ἐκείνου γίνεται φάρμακον, ἀπολειπόμενον δὲ τοῦ διὰ τῶν καρύων. καὶ μήλων δὲ τῶν κυδωνίων ἀχράδων τε καὶ μεσπίλων ὁ χυλὸς ὁμοίως σκευασθεὶς στοματικὸν γίνεται τὸ φάρμακον, ἐπιτήδειόν τε καταποθῆναι τοῦ διὰ τῶν καρύων, οὐκ ἔχοντος τοῦτο. βλαβερὸν μὲν γὰρ οὐκ ἔστιν ὡς χάλκανθον, οὐ μὴν εὐστόμαχόν γε. πρόδηλον δ' ὅτι καὶ τὸ διὰ τῶν ῥοιῶν ἐστιν ἐπιτήδειον ἐκλύτῳ καὶ ἀνορέκτῳ στομάχῳ, λείπεται μέντοι τοῦ διὰ τῶν μήλων. ἀβλαβὴς δὲ καὶ ὁ τῶν βατίνων χυλὸς εἰς κατάποσιν, ὥσπερ γε καὶ ὁ τῶν συκαμίνων, ἀλλ' ὁ τῶν βατίνων ἔχει τι καὶ τονωτικὸν τοῦ στομάχου τοῦ τῶν συκαμίνων οὐκ ἔχοντος. [496] ἐμβάλλεται δὲ οὐ κατὰ τὴν αὐτὴν

neribus aut differentiis aut quomodocunque quis appellare velit. Miscemus autem et ruborum fructus, quos aliqui quidem a planta denominant rubina appellantes, aliqui autem composita appellatione mora appellant, apponentes quae a rubis producuntur. Ex quibus sane succus similiter succo mororum praeparatus, melius illo medicamentum redditur, sed minus validum eo, quod ex nucum succo paratur. Quin et malorum cotoneorum et pyrorum silvestrium ac mespilorum succus similiter praeparatus, stomaticum medicamentum efficitur devorarique aptum, quum hoc quod ex nucibus constat devorare non liceat; quamquam enim noxium non sit, velut atramentum sutorium, tamen stomacho non est commodum. Manifestum vero quod et ex punicis constans medicamentum aptum est fracto et cibos fastidienti stomacho, deficit tamen ab eo quod ex malis constat. Innocuus est etiam rubi mororum succus devoratus, velut etiam ipsorum mororum, sed succus rubi mororum habet quid, quod stomachum corroborat, quod ipsorum mororum succus non

ἀναλογίαν ἅπασι τοῖς χυλοῖς τὸ μέλι. πλείστου μὲν γὰρ ὅ τε τῶν καρύων δεῖται καὶ μετ᾽ αὐτὸν ὁ τῶν βατίνων τε καὶ συκαμίνων, ὀλίγου δὲ ὅ τε τῶν μήλων καὶ τῶν ῥοιῶν καὶ ἀχράδων, ἐν τῷ μεταξὺ δὲ αὐτῶν ὁ μεσπίλων, καὶ ἀπὸ κρανίων δὲ καὶ βραβύλων καὶ τῶν καλουμένων παρ᾽ ἡμῖν προύμνων. σκευάζεται δὲ παρ᾽ ἡμῖν στοματικὰ φάρμακα κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον, ὃν κατ᾽ ἀρχὰς εἶπον ἐπὶ τῶν μόρων, ἐφ᾽ ὧν ἁπάντων τῆς κατασκευῆς ἐρῶ τινα λόγον κοινὸν τόνδε. παχεῖ μὲν φανέντι τῷ χυλῷ τὸ μέλι μιγνύειν εὐθέως προσῆκεν, εἰ δ᾽ ὑγρότερος εἴη, προεψηθέντι. δέχεται δὲ ὁ τῶν ἀπίων μὲν καὶ μήλων χυλὸς, ἔτι δὲ τῶν πλείστων ὀπωρῶν, ἴσον ἑαυτῶν τὸ μέλι, τῶν στρυφνῶν δ᾽ ἱκανῶς, οἷόσπερ ἐστὶν ὁ τῆς κρανίας καρπὸς, ἐνίοτε μὲν διπλάσιον, ἔστι δ᾽ ὅτε καὶ τριπλάσιον. πάντα δ᾽ οὖν ταῦτα καταπίνειν ἀκίνδυνον. χαλκάνθου δὲ μιχθέντος ἢ μιχθείσης, ὁποτέρως σοι φίλον ὀνομάζειν, οὐ πάνυ τι χρὴ καταπίνειν τὸ σκευασθὲν τοῦτο φάρμακον, πλὴν εἰ κατὰ τὸν στόμαχον ἢ κατὰ τὴν κοιλίαν

habet. Porro mel his omnibus ſuccis non eadem proportione injicitur. Plurimo enim nucum ſuccus opus habet et poſt eum rubi mororum, modico autem malorum et punicorum et pyrorum ſilveſtrium, medius autem inter hos eſt meſpilorum ſuccus. At vero et ex cornis ac brabylis et prunis apud nos appellatis praeparantur apud nos ſtomatica medicamenta eodem modo, quem in principio de moris recenſui, in quorum omnium confectione rationem quandam communem referam hanc. Si quidem craſſus apparuerit ſuccus, ſtatim mel admiſcere oportet, ſi vero liquidior ſit ſuccus, praecoquatur. Suſcipit autem pyrorum ac malorum ſuccus, amplius vero etiam plurimorum fructuum parem ſibi ipſis menſuram mellis, ſuccus vero eorum quae multum acerba ſunt, velut eſt corni fructus, aliquando duplum, aliquando triplum mellis aſſumit. Omnia igitur haec citra noxam devorantur, ſi vero atramentum ſutorium admixtum ſit, non valde deglutire oportet confectum medicamentum, praeterquam ſi juxta ſtomachum aut alvum ul-

ἑλκώδη διάθεσιν ὑπονοήσαιμεν γίνεσθαι. καὶ κατὰ τὸ στόμα δὲ αὐτὸ κακοήθων ἑλκῶν γινομένων, ἀμείνω τὰ διὰ χαλκάνθου φάρμακα. δραχμὴ δὲ ἀρκεῖ μιγνυμένη τῇ προειρημένῃ συνθέσει, καθ' ἣν ἡ μία τοῦ μέλιτος εἴρηται βάλλεσθαι λίτρα, καὶ πλέον δ' ἄν ποτε καλῶς βληθείη πρὸς τὰ σηπεδονώδη τῶν ἑλκῶν. ἕκαστον δὲ ὧν εἶπον ἐμβάλλειν ποτὲ καὶ γλεύκει σταφυλῶν αὐστηρῶν, ἃς ὀνομάζουσιν ἀμιναίας. ἄμεινον δὲ τὸ τελευταῖον γλεῦκος εἰς τὰ τοιαῦτα. τὸ γὰρ ἐν ἀρχαῖς ῥέον ὑγρότερόν ἐστι καὶ ὑδατωδέστερον. ἐμβάλλειν δὲ χρὴ τῶν εἰρημένων φαρμάκων τὰ στρυφνότερα, καθάπερ ἐμὲ ἐθεάσασθε πολλάκις ἤτοι ῥοιὰς ἢ βαλαύστιον ἢ κυτίνους ἢ ἀκάνθης Αἰγυπτίας καρπὸν ἢ τὸν τῆς κρανίας ἤ τι τῶν οὕτω στυφόντων μιγνύντα· μάλιστα δὲ ἐπιτήδειός ἐστι ῥοῦς, εἴτε ἀῤῥενικῶς ἐθέλοις ὀνομάζειν αὐτὸν εἴτε θηλυκῶς. ἔστι δὲ διττὸς, ὁ μὲν ἕτερος ἐπιπαττόμενος τοῖς ὄψοις εὐστόμαχος, ὁ δὲ ἕτερος τοῖς βυρσοδέψαις χρήσιμος. ἑκάτερος δὲ ἐνεψηθεὶς ἐν τῷ γλεύκει στοματικὸν ἐργάζεται φάρμακον, ᾧ μιγνύειν ἔξεστί σοι τἄλλα κατὰ τὴν αὐτὴν ἀναλογίαν τῇ

cerofam affectionem fieri fufpicemur. Quin et fi in ipfo ore maligna ulcera fiant, praeftant ex atramento futorio medicamenta. Sufficit autem drachma ad praedictam compofitionem admixta, in quam unam mellis libram conjici eft relatum, fed et plus quandoque recte injicitur ad ulcera putrefacta. Singula porro quae dixi, injicere licet aliquando et mufto uvarum aufterarum, quas Aminaeas appellant. Praeftat autem ultimum muftum in hunc ufum, quod enim in principio fluit, liquidius eft et aquofius. Injicienda vero funt ex praedictis medicamentis acerbiora, quemadmodum faepe vidiftis me aut punica mala aut balauftium aut cytinos aut Aegyptiae fpinae fructum aut corna aut aliud quid ex hujuscemodi aftringentibus admifcere. Maxime vero aptus eft rhus, five mafculino five muliebri genere ipfum velis nominare. Eft autem duplex, alter obfoniis afpergitur ftomacho commodus, alter a tinctoribus coriorum expetitur. Uterque vero mufto incoctus ftomaticum efficit medicamentum, cui admifcere licet etiam alia juxta eandem propor-

διὰ τῶν μόρων εἰρημένη. χωρὶς δὲ τοῦ μιχθῆναι μέλιτι μόνον αὐτὸ τὸ γλεῦκος εἰς μελιτώδη σύστασιν ἀχθὲν, ἐξαιρεθέντων τε τῶν ἐμβληθέντων, ἀγαθὸν γίνεται φάρμακον εἰς ἀρχὰς καὶ ἀναβάσεις καὶ ἀκμάς· εἰς δὲ τὰς παρακμὰς, ἐὰν δᾶδας ἐπιμίξῃς λιπαρὰς ἢ καὶ κόψας εἰς λεπτὰ καὶ θλάσας ἐμβάλλῃς τῷ γλεύκει μετὰ τῆς ῥοῦ, κἄπειτα μετὰ μίαν ἡμέραν ἑψήσας, ἄχρις ἂν ἐναπόθωνται τῷ γλεύκει τὴν ἑαυτῶν ποιότητα, τηνικαῦτα δὲ ἐξαίρειν μὲν ἐκεῖνα καὶ ἀποῤῥίπτειν, ἕψειν δὲ τὸ γλεῦκος ἕως ἐπιτηδείου συστάσεως, ὡς διάχριστον γενέσθαι τὸ φάρμακον. ὅσα δὲ ἔμπροσθεν εἶπον ἐμβάλλεσθαι τῶν στυφόντων εἰς τὸ διὰ τῶν καρύων τοῦ χυλοῦ σκευαζόμενον φάρμακον, ἅπαντα καὶ νῦν ἀκηκοέναι πίστευε τῷ γλεύκει μιγνύμενα. καὶ μέντοι κἂν πολυτελέστερον ἐθέλῃς ποιῆσαι τὸ φάρμακον, ἐμβαλεῖς καὶ κασσίας φλοιὸν ἢ νάρδον Ἰνδικὴν ἢ τὸ τοῦ μαλαβάθρου φύλλον. ὥσπερ γὰρ τοῖς πένησιν, οὕτω καὶ τοῖς πλουσίοις χρὴ γράφειν ἡμᾶς φάρμακα, τὰ δὲ αὐτὰ τοῖς προειρημένοις στοματικοῖς φαρ-

tionem velut in eo, quod ex moris conftat relatum eft. At vero citra mellis mixturam muftum folum per fe in mellis compagem redactum, exemptis etiam quae alias induntur, bonum fit medicamentum in principiis, augmentis et vigoribus, ad declinationes autem fi taedas addideris pingues aut etiam in tenuia fruftula contufas et fractas, easdem una cum rhoe in muftum conjeceris, deindeque interpofita una die coxeris, donec fuam ipforum qualitatem in ipfum muftum transmittant. Tunc enim taedas quidem eximere ac projicere oportet, muftum vero usque ad aptam compagem coquere, quo videlicet illiniri commode poffit. Quaecunque autem prius ex aftringentibus injici dixi in id quod ex nucibus praeparatur medicamentum, ea omnia etiam accipienda funt, recte in muftum addi. Quod fi vero pretiofius efficere medicamentum velis, injicies etiam cafiae corticem aut nardum Indicam aut malabathri folium, aeque enim ut pauperibus, fic etiam divitibus nos medicamenta fcribere oportet. Eadem etiam praedictis ftomaticis medicamentis mifcen-

μάκοις μίγνυται. [497] δραχμὴ δὲ ἀρκεῖ τῶν τριῶν ἑκάστου, πρὸς τὴν τοσαύτην συμμετρίαν τοῦ φαρμάκου, καθ' ἣν ἡ λίτρα τοῦ μέλιτος ἐμβάλλεται. βλάψεις δ' οὐδὲν, εἰ προσθήσεις ἑκάστης δραχμῆς τὸ ἥμισυ μέρος, ὡς γενέσθαι πάσας τέτταρας καὶ ἡμίσειαν. πρὸς δὲ τὰς σκληρυνομένας φλεγμονὰς τὰ δυνάμενα διαφορεῖν γενναιότερον ἐμβάλλεται κοπέντα δηλονότι καὶ διασηθέντα, καιρὸς δ' ἐμβάλλειν αὐτὰ μὴ κατ' ἀρχὰς, ἀλλ' ὁπόταν ἐγγὺς γένηται τῆς παντελοῦς ἑψήσεως τὸ φάρμακον ἢ καὶ τελέως ἑψημένον, ὡς χαμαὶ τίθεσθαι τὸ ἀγγεῖον. ἔστι δὲ ταῦτα κόστος τε καὶ ἄμωμον καὶ τὸ καλούμενον μάκερ. ὀνομάζεται δὲ οὕτω φλοιός τις ἀρωματικὸς ἐκ τῆς Ἰνδίας κομιζόμενος, ἱκανῶς θερμαίνων τε καὶ στύφων, ἀλλὰ καὶ ὁ Κυρηναῖος ὀπὸς εἰς διαφόρησιν τῶν σκληρυνομένων φλεγμονῶν ἐπιτήδειος, ὥσπερ γε καὶ ὁ Μηδικὸς ἤ τις τῶν μετ' αὐτούς. τοῖς πένησι δ' ἐμβλητέον ἀντὶ τῶν πολυτελῶν φαρμάκων τῶν διαφορητικῶν ἤτοι δίκταμνον ἢ ἄκορον ἢ μῆον ἢ πύρεθρον ἢ καρδαμώμου τε καὶ νάπυος ἴσον, εἰς τριῶν δραχμῶν σταθμοὺς συμπληρουμένου τοῦ τῶν

tur. Sufficit autem drachma una fingulorum ex his tribus ad tantam medicamenti fymmetriam ac commenfurationem, juxta quam libra mellis una conjicitur. Nihil vero laeferis, fi ad fingulas drachmas adhuc dimidiam apponas, ut in totum quatuor drachmae et dimidia fiant. Caeterum ad induratas inflammationes conjiciuntur, quae generofius discutere poffunt, tufa videlicet et cribrata. Tempus autem indendi ipfa non eft principium, fed ubi prope perfecte coctum fuerit medicamentum aut etiam penitus coctum, olla jam in terram depofita. Sunt autem haec, coftus, amomum et quod macer appellatur, nominatur autem fic cortex quidam aromaticus, qui ex India affertur multum calefaciens et aftringens. Quin et Cyrenaicus fuccus ad difcutiendas induratas inflammationes aptus eft, quemadmodum etiam Medicus aut aliquis eorum, qui poftea celebres facti funt. Pauperibus porro pro fumptuofis difcufforiis medicamentis aut dictamnum aut acorum aut meon aut pyrethrum aut cardamomi quppiam et finapi aequale injiciendum cenfeo, ita

μιγνυμένων ὄγκου, πρὸς τὴν εἰρημένην ἐξ ἀρχῆς τῶν στοματικῶν φαρμάκων συμμετρίαν, ἐν οἷς ἦν ἡ λίτρα τοῦ μέλιτος. εἰ δὲ καὶ τεττάρων ἢ πέντε ποιῆσαι θελήσεις δραχμῶν τὸ συμπληρούμενον ἐκ τούτων, διαφορητικώτερον ἕξεις τὸ φάρμακον. ἀνάλογον γὰρ ἀεὶ χρὴ ταῖς κατασκευαῖς τῶν παθῶν συναυξάνεσθαι καὶ συμμειοῦσθαι τὴν σφοδρότητα τῶν φαρμάκων.

Κεφ. ε΄. (242) [Περὶ σκευασίας τοῦ διὰ γλεύκους, ἐν οἷς καὶ εὐπόριστα διάφορα.] Ἐπὶ τοῦ διὰ γλεύκους εἰς κοτύλας δέκα τοῦ γλεύκους, τρεῖς μὲν ἐμβάλλομεν κοτύλας τοῦ ῥοῦ τῶν βυρσοδεψῶν ἢ τοῦ τοῖς ὄψοις ἐπιπαττομένου. συναμφοτέρων δὲ ἐμβαλλομένων, ἑκατέρου μίαν τε καὶ ἡμίσειαν καὶ βραχὺ πλέον. ἀνάλογον δὲ καὶ τῶν διαφορητικῶν, ὁποῖον ἂν εὐπορῶμεν. εἰ δὲ ἓν ἔχοιμεν μόνον ἢ κατ᾽ ἀρχὴν ἐμβάλλειν τῶν στυπτικῶν ἢ κατὰ τὸ τέλος τῶν διαφορητικῶν, ἐκείνου τὸ πᾶν ἐμβάλλομεν, ὅπερ ἐξ ἁπάντων ἠθροίζετο. τῷ τ᾽ οὖν προειρημένῳ διὰ τῶν καρύων ἐπεμβάλλεσθαι πάντα καὶ

ut ad trium drachmarum pondus, eorum mixtorum moles perveniat ad praedictam in principio ſtomaticorum medicamentorum ſymmetriam, in qua mellis libra habebatur. Si vero quatuor aut quinque drachmarum pondus ex his explere velis, magis diſcuſſorium medicamentum habebis. Semper enim pro conſtitutionis affectuum proportione augeri ac minui medicamentorum vehementiam oportet.

Cap. V. [*De confectione medicamenti ex muſto, in quo etiam parabilia diverſa.*] In medicamento ex muſto ad decem muſti heminas tres injicimus heminas rhois coriariorum aut ejus, qui obſoniis inſpergitur, ſi vero utrumque injicimus, utriusque unam et dimidiam aut paulo plus ſumimus, juxta proportionem vero etiam ex diſcuſſoriis cujuscumque quidem ſuppetat facultas. Quod ſi unum tantum habeamus aſtringendi vim habens, quod in principio injiciamus, aut unum ſaltem diſcuſſorium, quod juxta finem indamus, ex illo totum pondus immittimus, quod ex omnibus alias conflaretur. Quae igitur dicta ſunt in medicamentum ex nucibus conjicienda, ea omnia etiam in medi-

τῷ διὰ τοῦ γλεύκους. ἐμβάλλειν δ' εἰ οἷόν τε καὶ εἴ τι μὴ λέλεκται κατ' ἐκεῖνον τὸν λόγον, οἷον ἢ κηκῖδα τὴν ὀμφακῖτιν ὀνομαζομένην ἢ ἀκρέμονας μαλακοῦ βάτου ἢ κυνοσβάτου καὶ κρανίας, ἧς καὶ τὸν καρπὸν ἔφαμεν ἐμβάλλεσθαι δεῖν, ὥσπερ καὶ τῶν προύμνων μύρτα τε καὶ τῆς μυρίκης καὶ Αἰγυπτίας ἀκάνθης τὸν καρπὸν, ἅπαντά τε τὰ στύφοντα χωρὶς τῶν φαρμακώδη δύναμιν ἐχόντων, ὅπως μὴ καταποθέντα βλάπτῃ. πάντα δὲ τὰ ὁπωσοῦν σκευασθέντα φάρμακα στοματικὰ χρήσιμα γίνεται κατά τινας ἰδίους καιροὺς, ἐὰν αὐστηρότερα μὲν γένηται, κατὰ τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς σφοδρὰς ἐπιῤῥοὰς, ἐὰν δὲ μετριώτερα, κατὰ τὰς ἀκμὰς, ἐὰν δὲ διαφορητικώτερα, κατὰ τὰς παρακμὰς, ὥστε κἂν μὴ σκευάσωμεν αὐτοί τι μηδὲ τὴν συμμετρίαν τῶν ἐμβληθέντων ἴδωμεν, ἀλλὰ γευσώμεθα μόνον αὐτοῦ συνθέτου φαρμάκου, γινώσκειν ἡμᾶς ὅπως αὐτῷ χρηστέον. τούτων οὖν ἡμᾶς μεμνημένους ὅταν ἀνάγκη ποτὲ καταλάβῃ [498] τῶν ἐκ πολλῆς πείρας κεκριμένων φαρμάκων ἀποροῦντας αὐτοὺς σχεδιά-

camentum ex musto indantur. Quin et quae istic non dicta sunt, amplius injicere licet, velut gallam omphacitin appellatam aut extremitates mollis rubi aut rubi canini et corni, cujus etiam fructum diximus injici oportere, velut etiam pruna et myrti baccas et fructum myricae ac spinae Aegyptiae fructum, omniaque astringentia praeterea, quae venenatam vim habent, ne videlicet devorata laedant. Omnia porro stomatica medicamenta quomodocunque parata juxta propria tempora opportuna accommoda fiunt. Si quidem enim austeriora fiant, in principiis et vehementibus influxionibus conveniunt, si vero moderatiora, in vigoribus, si autem magis discussoria vi praedita, in declinationibus. Quare etiam si non ipsi praeparaverimus quid, neque symmetriam injectorum noverimus, sed tantum ipsum compositum medicamentum gustaverimus, cognoscemus quomodo eo sit utendum. Haec igitur si memoria conservabitis, quando necessitate aliquando urgente eorum, quae experimento constant medicamentorum copia non sit ex pa-

ζειν ἐκ τῆς κατ' ἐκεῖνο τὸ χωρίον ὕλης εὐπορίστου, συνθεῖναι δυνήσεσθε φάρμακον ἐπιτήδειον. οὐ μόνον δ' εἰς τοῦτο χρήσιμόν ἐστι, μεμνῆσθαι τῶν προειρημένων, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν τῶν εὑρημένων ἐπιτήδειον χρῆσιν. ἐὰν μὲν γὰρ ἐπικρατοῦσαν ἐν αὐτοῖς εὑρίσκητε τὴν στυπτικὴν ποιότητα, κατ' ἀρχὰς χρῆσθαι προσῆκεν· ἐὰν δὲ τὴν παρηγορικήν τε καὶ χαλαστικὴν καὶ πεττικήν, ἐν ταῖς ὀδύναις τε καὶ ἀκμαῖς τῶν φλεγμονῶν· ἐὰν δὲ σκιῤῥούμενόν τι καὶ δύσλυτον ὑπολείπηται τῆς φλεγμονῆς, ἐν ταῖς παρακμαῖς διαφορητικήν. οὕτω δὲ κἀν τοῖς μεταξὺ καιροῖς τὰ μεταξὺ τῶν εἰρημένων φαρμάκων προσοίσετε φάρμακα, μεταβαίνοντες ἀπὸ τῶν ἀποκρουστικῶν ἐπὶ τὰ διαφορητικὰ κατὰ βραχύ. κἂν μὲν ἓν φάρμακον ὑμῖν ὑπάρχον ᾖ, ἐκλύοντες μὲν αὐτὸ μίξει μελικράτου τε καὶ ὕδατος, ἐπιτείνοντες δὲ διὰ τῆς τῶν εὐπορίστων ἐπιμιξίας. ἔστι δὲ εὐπόριστα μὲν τῶν στυφόντων ῥόδα καὶ μύρτα καὶ μυρσίνη καὶ σχῖνος καὶ βάτος καὶ κυνόσβατον καὶ κηκὶς ἡ ὀμφακῖτις ὀνομαζομένη καὶ ὁ τῆς Αἰγυπτίας ἀκάνθης καρπὸς, αἵ τε στυπτηρίαι πᾶσαι. ἐφεξῆς δὲ

rabili illius loci materia, vos ipfi ex tempore aptum medicamentum componere poteritis. Non folum autem in hanc rem utilis fuerit praedictorum memoria, fed etiam ad jam inventorum convenientem ufum. Si enim in ipfis aftringengentem qualitatem praevalere inveneritis, in principiis eis utemini, fi vero mitigatoriam et laxatoriam ac concoctoriam, in doloribus et vigoribus inflammationum, fi vero obduratum quippiam et aegre folubile inflammationis relinquatur, in declinationibus. Eodem modo etiam in mediis temporibus, media relatorum medicamentorum offeretis medicamenta, a repulforiis ad difcufforia paulatim transeundo, atque fi unum duntaxat vobis praefto fit medicamentum, id ipfum per aquae fimplicis mixturam exolventes et per additionem parabilium intenfius reddentes. Sunt autem parabilia ex aftringentibus rofae, myrti baccae et myrtus et lentifcus et rubus caninus et galla omphacitis appellata et Aegyptiae fpinae fructus, omniaque aluminis genera. Poft

αὐτῶν εὐπόριστα, ῥοῦς ὁ ἐπὶ τὰ ὄψα καὶ ὁ τῶν βυρσοδεψικῶν καὶ ὁ χυλὸς, ὃς ἀπὸ τῆς Συρίας κομίζεται. οὗτος μὲν οὖν αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν μίγνυται. ὁ δὲ τῶν σκυτοδεψῶν καὶ ὁ ἐπὶ τὰ ὄψα προαφεψηθέντες ὕδατι τοῦτο παρέχουσιν εὔχρηστον εἰς τὴν μίξιν. ἔστι δὲ ἐκ τῶν εὐποριστων καὶ γλαύκιον καὶ ὀμφάκιον καὶ κύτινοι καὶ βαλαύστια, ἐκ δὲ τῶν διαφορούντων εὐπόριστα μέτρια μὲν ἰσχάδων ἀφέψημα καὶ πίτυρον καὶ μελίκρατον ἐναφεψημένης ὀριγάνου καὶ ὑσσώπου ἢ θύμου ἢ καλαμίνθης ἢ γλήχωνος ἢ τῆς εὐώδους μίνθης, ἣν ἡδύοσμον ὀνομάζουσιν. ἰσχυρότερα δὲ καὶ ταῦτα μὲν ἐπὶ πλεῖον ἑψημένα. καὶ νίτρου δὲ ἀφρὸς ἢ καὶ αὐτὸ κεκαυμένον. ἰσχυρότερον δὲ τούτων ἐστὶ τὸ θεῖον ἄπυρον.

Κεφ. στ'. [Στοματικῶν φαρμάκων σύνθεσις, ἐν οἷς καὶ διὰ μόρων κατὰ τὸν Ἥραν.] Καλεῖται μὲν ἰδίως στοματικὰ τὰ πρὸς σταφυλὰς παρίσθμια καὶ πάσας τὰς ἐν τῷ στόματι γινομένας ἐξαίφνης φλεγμονὰς ἁρμόττοντα. συντίθεται δὲ διὰ τῆς προειρημένης ὕλης, ἧς αἱ κατὰ μέρος συνθέσεις πάμπολλαι

haec parabilia funt rhus culinarius et coriarius et fuccus, qui ex Syria affertur, atque hic quidem per fe admifcetur, culinarius autem et coriarius rhus aqua prius decocti utiles mixturae fiunt. Eft autem glaucium ex parabilibus et omphacium et cytini et balauftia. Ex difcufforiis autem parabilia moderata funt caricarum et furfurum decoctum, et aqua mulfa, in qua origanum aut hyffopum aut thymus aut calamintha aut pulegium aut mentha odora, quam hedyosmum vocant, fint incocta. Fortiora autem funt etiam haec fi diutius coquantur, amplius autem et nitri fpuma aut ipfum adeo nitrum uftum, fortius vero his eft fulfur vivum.

Cap. VI. [*Stomaticorum medicamentorum compofitio, in quibus etiam quae ex moris conftat Herae.*] Proprie quidem ftomatica appellantur quae ad uvas, tonfillas ac omnes quae in ore fiunt derepente inflammationes conveniunt, componuntur autem per praedictam materiam, ex qua fane

τετυχήκασι γεγενημέναι τοῖς ἰατροῖς, ἐγὼ δὲ κἀνταῦθα τῶν ἐνδόξων μνημονεύσω.

[Σύνθεσις τοῦ διὰ μόρων ὡς Ἥρας.] Τὸ διὰ τῶν μόρων φάρμακον στοματικὸν, ποιοῦν πρός τε παρίσθμια καὶ σταφυλὰς καὶ τὰς ἄλλας τὰς ἐν τῷ στόματι φλεγμονὰς διαχριόμενόν τε καὶ ἀνακογχυλιζόμενον, ὡς προείρηται. σκευάζει δὲ αὐτὸ ὁ μὲν Ἥρας οὕτω. ℞ μόρων χυλοῦ κοτύλας στ′. ἕψε ὡς γλοιοῦ πάχος ἔχειν, εἶτα πρόσμιξον λεῖα, κρόκου ∠ α′. σμύρνης ∠ β′. ὀμφακίου ∠ α′. σχιστῆς τριώβολον, μέλιτος κοτύλην α′. αὐτὸς δέ φησιν ὁ Ἥρας καὶ ἑτέρως σκευάζειν αὐτὸ κατὰ τόνδε τὸν τρόπον· κρόκου ∠ τὸ ἥμισυ ἐπεμβαλλομένης καὶ γλυκέος κοτύλης μιᾶς καὶ οἴνου ἀθαλάσσου αὐστηροῦ, κοτύλης μιᾶς, ἡ δὲ ἕψησις μέχρι μελιτώδους συστάσεως.

[499] [Ἀνδρομάχου τὸ διὰ μόρων φάρμακον.] Ἀνδρόμαχος δὲ περὶ τοῦ διὰ μόρων φαρμάκου κατὰ λέξιν οὕτω γράφει. ℞ μόρων χυλοῦ κοτύλας στ′. βαλὼν εἰς αὐτὸ κηκῖδας ε′. γλυκείας τε ῥίζης ∠ κ′. οἴνου Χίου κοτύλην α′.

multae particulares compoſitiones a medicis ſunt confectae. Ego vero etiam hic celebrium tantum mentionem faciam.

[*Compoſitio medicamenti ex moris juxta Heram.*] Medicamentum ex moris ſtomaticum, faciens ad tonſillas et uvas atque alias in ore inflammationes tum illitum tum gargariſſatum, velut praedictum eſt. Praeparat autem ipſum Heras hoc modo. ℞ Succi mororum heminas vj, ad ſtrigmentitiam ſpiſſitudinem coquito, deinde tritas croci ʒ j, myrrhae ʒ ij, omphacii ʒ j, aluminis ſciſſi obolos iij, mellis heminam unam addito. Ipſe autem Heras ſe etiam aliter praeparare ipſum ait hoc modo, ut croci drachma dimidia injiciatur et paſſi hemina una et vini maris expertis auſteri hemina una. Coctio autem fit usque ad compagem melleam.

[*Andromachi deſcriptio medicamenti ex moris.*] Andromachus autem de medicamento ex moris in haec verba ſcripſit, ſucci mororum heminas vj accipito et in ipſum gallas v conjicito, radicis autem dulcis ʒ xx, vini Chii

ἡλίαζε ἢ ἕψε. εἶθ᾽ ὅταν συστραφῇ, ἄρας τὰς ῥίζας ῥῖπτε, τὰς δὲ κηκῖδας λειώσας μίγνυε σμύρνης ∠ α΄. κρόκου ∠ α΄. σχιστῆς ∠ α΄. ὀμφακίου ∠ β΄. τινὲς δὲ καὶ στυπτηρίας ∠ β΄. μέλιτος Ἀττικοῦ κοτύλην μίαν. εὔδηλον δ᾽ ὅτι τοῦτο τὸ φάρμακον στυπτικώτερόν ἐστι τοῦ προγεγραμμένου, μάλιστα ἐὰν τὴν στυπτηρίαν προσλάβῃ. ἱκαναὶ μὲν γὰρ καὶ αἱ κηκῖδες καὶ τὸ ὀμφάκιον στυπτικώτερον ἱκανῶς ἀποτελεῖν αὐτό. τῆς στυπτηρίας δὲ προστεθείσης ἐπιπλέον αὐξηθήσεται τὰ τῆς στυπτικῆς δυνάμεως αὐτῷ. καλῶς μέντοι μέμικται κατὰ τὴν σκευασίαν ἡ γλυκεῖα ῥίζα, πραϋντικὴ τραχυτήτων ὑπάρχουσα καὶ κατὰ τοῦτο τὴν ἐκ τῶν στυφόντων τραχύτητα παρηγορεῖν δυναμένη. ἀντὶ δὲ τοῦ τῶν μόρων χυλοῦ βάλλεται καὶ ὁ τῶν βατίνων ὀνομαζομένων χυλὸς, τῶν ἄλλων ὅπως ἂν ἐθέλῃς προστιθεμένων, εἶθ᾽ ὡς Ἥρας εἶθ᾽ ὡς Ἀνδρόμαχος ἔγραψεν. εἴρηται δ᾽ ὑπ᾽ ἐμοῦ πρόσθεν, ὅπως ἐνδέχεται ποικίλλειν αὐτὸ τῇ τῶν ἐπιβαλλομένων ἐπιμιξίᾳ. λέλεκται δ᾽ ὅτι καὶ διὰ τοῦ χυλοῦ τῶν καρύων, τῶν ἄλλων ὁμοίως ἐμβαλλομένων, συντίθεσθαι δύναται τὸ φάρμακον,

heminam j et insolato aut coquito, deinde ubi coactum et spissatum fuerit medicamentum, radices tollito ac projicito, gallas autem tritas admisceto et myrrhae ʒ j, croci ʒ j, aluminis scissi ʒ j, omphacii ʒ ij, quidam autem aluminis ʒ ij, mellis Attici heminam unam. Manifestum autem est, quod hoc medicamentum magis astrictorium est, quam praescriptum, maxime si alumen adsumat. Sufficientes enim erant gallae et omphacium, ut multum astringens redderent medicamentum, verum ubi alumen amplius additur, plurimum in ipso astrictoria vis augetur. Recte tamen in ejus confectionem admixta est dulcis radix, quae exasperata lenit et propterea asperitatem ex astringentibus inductam lenire potest. Caeterum pro mororum succo conjicitur etiam mororum rubi succus, aliis quomodocunque velis appositis, sive ut Heras sive ut Andromachus scripsit. Relatum autem a me antea est, quomodo liceat ipsum variare per eorum, quae adjiciuntur admixtionem. Dictum est etiam quod per succum nucum componi queat hoc medicamentum, reliquis

ἀλλὰ καὶ διὰ ῥοιῶν χυλοῦ παραπλησίως σκευάζεται καὶ μόνου τοῦ χυλοῦ μετὰ μέλιτος σκευαζομένου καὶ τῶν ἄρτι λελεγμένων ἐπεμβαλλομένων. οὕτω δὲ καὶ ὁ τῶν βάτων καρπὸς μετὰ μέλιτος σκευασθεὶς αὐτάρκως στῦφον γίνεται φάρμακον, ὥσπερ γε καὶ ὁ διὰ τοῦ χυλοῦ τῶν καρύων, καθότι πρόσθεν εἴρηται. ἀλλὰ καὶ ποικίλα τῇ συνθέσει φάρμακα διὰ ῥοιῶν χυλοῦ γέγραπται τοῖς ἰατροῖς, ὥσπερ καὶ τῷ Ἀνδρομάχῳ κατὰ τήνδε τὴν λέξιν.

(243) [Τὸ διὰ τῶν ῥοιῶν στοματικὸν Ἀνδρομάχου.] ℞ Ῥοιῶν ἀπυρήνων γλυκειῶν μέρη δύο καὶ ὀξειῶν μέρος α'. ἔκθλιβε τὸν χυλὸν εἰς ἄγγος χάλκεον, ὥστε ἔχειν χόεα α'. εἶτα διυλίσας ἕψε ἐπὶ πυρὸς μαλακοῦ, ἕως λειφθῇ τὸ γ'. ἔστω δὲ λείας σμύρνης ἀμιναίας ∠ η'. κροκομάγματος ∠ η'. ὀμφακίου ∠ η'. Ἰλλυρίδος ∠ η'. στυπτηρίας ∠ δ'. κηκίδος ∠ η'. τούτοις παραχέας ὑγρὸν λέαινε καὶ ἕψε ὡς μέλιτος πάχος ἔχειν, εἶτα κατεράσας εἰς θυείαν λέαινε καὶ χρῶ, ὁτὲ μὲν σὺν μέλιτι, ὁτὲ δὲ ἀκράτῳ. οὗτος οὐ συνέψει τὸ μέλι τῷ

eodem modo injectis. Quin et per punicorum malorum succum similiter praeparatur tum succo solo cum melle praeparato tum jam dictis injectis. Sic vero et rubi fructus cum melle confectus sufficienter astringens fit medicamentum, quemadmodum sane et quod ex nucum succo paratur, veluti prius est dictum. At vero etiam varia compositione medicamenta ex punicorum succo a medicis conscripta sunt, velut etiam ab Andromacho his verbis.

[*Andromochi stomaticum ex malis punicis.*] ℞ Punicorum dulcium nucleis carentium partes ij et acidorum partem j, succi in aeneum vas congii mensuram exprimito, deinde excolatum ad lentum ignem ad tertias coquito. Sint autem laevigatae myrrhae Amineae ʒ viij, crocomagmatis ʒ viij, omphacii ʒ viij, Illyridis ʒ viij, aluminis ʒ iv, gallae ʒ viij, ubi solveris, haec per liquoris affusionem laevigato et ad melleam spissitudinem coquito, rursus per projectionem in pilam laevigato, ac utitor quandoque cum melle, quandoque sincero. Hic non simul coquit mel cum puni-

χυλῷ τῶν ῥοιῶν, ἀλλ' ὕστερον ὅταν σκευασθῇ χρῆσθαι κελεύει διττῷ φαρμάκῳ, ποτὲ μὲν ἀκράτῳ πρὸς τὰς δηλονότι στύψεως δεομένας φλεγμονὰς, ποτὲ δὲ καὶ μετὰ μέλιτος, ὅταν καὶ διαφορεῖσθαι δέωνται. τὸ πλῆθος δὲ τοῦ χυλοῦ χοέως εἶναι κελεύει, τουτέστι ξε. στ'. τῶν Ῥωμαϊκῶν ξεστῶν. ἐν Ῥώμῃ γὰρ ἰατρεύσας τοῖς πᾶσι πόλεως ταύτης χρῆται μέτροις. ἐπεμβάλλει δὲ αὐτοῖς σμύρνης μὲν καὶ κροκομάγματος καὶ κηκίδος καὶ ἴρεως Ἰλλυρικῆς, Ἰλλυρίδα γὰρ αὐτὴν εἴωθεν ὀνομάζειν, ἔτι δὲ πρὸς τούτοις καὶ ὀμφακίου τῶν πέντε ἀνὰ γο α'. αἱ γὰρ ὀκτὼ δραχμαὶ οὕτω δύνανται. τῆς δὲ στυπτηρίας τῆς σχιστῆς ἡμιούγγιον. ἔγραψε δὲ ἐφεξῆς ὁ Ἀνδρόμαχος καὶ τὸ διὰ τοῦ γλεύκους στοματικὸν φάρμακον, ὡδί πως κατὰ λέξιν γράφων.

[500] [*Ἀνδρομάχου στοματικὸν διὰ γλεύκους, ᾧ χρῶμαι.*] ♃ Κηκίδας λ'. ῥοὸς βυρσοδεψικοῦ ξε. β'. γλεύκους ξε. στ'. τὰς κηκίδας θλάσας ἔμβρεξον σὺν τῷ ῥοΐ, ἡμέραν καὶ νύκτα ἐν τῷ γλεύκει, εἶτα ἕψε ἕως ἂν γένηται τὸ τέταρτον

corum malorum succo, sed postea quum paratum est, dupliciter medicamento uti jubet, aliquando quidem sincero, ad inflammationes videlicet astrictionis indigas, aliquando vero cum melle, quum discussione indigent. Multitudinem autem succi congium esse jubet, hoc est sextarios sex Romanos. Quum enim Romae medicinam fecerit, semper ejus urbis mensuris utitur. Injicit autem in ipsum myrrham et crocomagma et gallam et iridem Illyricam, ipsam enim Illyrida appellare solet, amplius autem ad haec omphacium, omnium quinque numero, singulorum ℥ j, octo enim drachmae unciam efficiunt, ex alumine vero scisso unc. dimidiam. Scripsit porro deinceps Andromachus etiam id, quod ex musto fit stomaticum, sic in haec verba.

[*Andromachi stomaticum ex musto, quo utor.*] ♃ Gallas triginta, rhois coriarii sextarios ij, musti sextarios vj, gallas confractas cum rhoe per diem et noctem in musto macerato, deinde coquito, donec ex toto quarta pars super-

τοῦ παντὸς, καὶ διηθήσας δι' ὀθονίου καὶ ἐκθλίψας σύστρεψον ἐν λοπάδι, ἕως ἂν μελιτῶδες γένηται, εἶτα λεῖα πρόσβαλλε στυπτηρίας σχιστῆς < α'. κρόκου < α'. σμύρνης < α'. συμμίξας ἀπόθου καὶ χρῶ. οὐδὲν περὶ τοῦ γλεύκους ἐδήλωσεν, ἐξ ὁποίας αὐτὸ σταφυλῆς βούλεται λαμβάνεσθαι, πότερον τῆς τὸν αὐστηρὸν οἶνον γεννώσης ἢ τὸν γλυκὺν, ἢ τὸν μέσον. ἡμᾶς οὖν χρὴ γινώσκειν, ὅτι τὸ μὲν διὰ τοῦ γλυκέος σκευασθὲν φάρμακον παρηγορικώτερόν τε καὶ μέτριον ἔσται καὶ ἧσσον δραστικὸν, ἐφ' ὧν δὲ χρὴ στύψει χρῆσθαι σφοδροτέρᾳ, διὰ τῶν στρυφνῶν οἴνων σκευασθὲν σφοδρότερον μὲν στύφει, τὸ πραΰνειν δ' οὐκ ἔχει. δῆλον δ' ὅτι καὶ τὸ διὰ τοῦ μέσου τούτων σκευασθὲν τὴν μέσην ἔχει δύναμιν.

[Κρίτωνος στοματικὴ ἡ διὰ ῥοιῶν] Κρίτων δὲ τὸ διὰ τοῦ χυλοῦ τῶν ῥοιῶν φάρμακον οὕτως ἔγραψεν αὐτοῖς ὀνόμασιν. στοματικὴ ἡ διὰ ῥοιῶν πρὸς ἕλκη καὶ τὰ ἀφθώδη. ℞ ῥοιῶν γλυκειῶν χυλοῦ κοτύλας στ'. ἕψε ἐν χαλκῷ ἀγγείῳ εἰς τὸ γ'. εἶτα λείου κινναμώμου < α'. κασσίας < α'. σμύρνης < α'. ὀμφακίου τριώβολον, κρόκου τριώβολον, νάρδου

fit, et per linteolum colato, exprimito et in olla ad mellis crassitudinem spissato, deinde trita addito, aluminis scissi ʒ j, croci ʒ j, myrrhae ʒ j, permixta reponito, atque utitor. De musto nihil manifeste retulit, ex quali uva ipsum sumi velit, num ea quae austerum vinum fundit, an quae dulce, an quae medium. Nos igitur nosse oportet, quod medicamentum ex dulci confectum magis mitigatorium et moderatum erit ac minus efficax. In quibus autem opus est uti vehementiore astrictione, id quod ex acerbis vinis fieret, vehementius quidem astringit leniendi autem vim non habet. Palam est autem ex medio vino paratum etiam mediam facultatem habere.

[*Critonis stomaticum ex malis punicis.*] Crito medicamentum ex succo punicorum his verbis descripsit. *Stomaticum ex punicis ad ulcera et aphthas oris.* ℞ Succi punicorum dulcium heminas sex, in aereo vase ad tertias coquito, deinde cinnamomi ʒ j, cassiae ʒ j, myrrhae ʒ j, omphacii obolos tres, croci obolos tres, nardi Indicae obo-

Ἰνδικῆς τριώβολον, τούτοις πρόσμιγε μέλιτος κοτύλην μίαν, καὶ οὕτω προσεμβαλὼν τὸν χυλὸν, ἐπὶ μαλθακοῦ πυρὸς κινῶν, ἕψε ἕως συστραφῇ, καὶ χρῶ. γράφει δὲ καὶ ἄλλην σύνθεσιν τοῦ διὰ ῥοιῶν φαρμάκου τοιαύτην ἐφεξῆς. ℞ ῥοιῶν γλυκειῶν σὺν τοῖς λεπύροις τεθλασμένων καὶ ἐκπεπιεσμένων ξε. ἕξ. μέλιτος καλοῦ ξε. α΄. βαλὼν εἰς χύτραν ἕψε, ἕως ἂν μέλιτος σχῇ πάχος, εἶτα σχιστῆς γο α΄. σμύρνης γο S΄. λεῖα ποιήσας ἔμβαλλε καὶ μίξας χρῶ. στυπτικώτερον δηλονότι τοῦτο τὸ φάρμακον ὁ Κρίτων ἔγραψε τοῦ πρὸ αὐτοῦ. γελοίως οὖν τινες ποιοῦσιν, ἐρωτῶντες, πότερόν ἐστιν αὐτῶν κρεῖττον θατέρου, ἑκάτερον γὰρ ἐν ἰδίῳ καιρῷ κρεῖττόν ἐστι θατέρου. πρὸς μὲν τὰ σφοδροτέρας στύψεως δεόμενα τοῦτο τὸ δεύτερον, πρὸς δὲ τὰ διαφορήσεως τὸ πρότερον μάλιστα, διότι καὶ τὰ κιννάμωμον ἐνέβαλλεν αὐτῷ διαφορητικὸν φάρμακον. ἔγραψε δὲ καὶ τὰ διὰ γλεύκους ὁ Κρίτων ὧδί πως.

[Κρίτωνος στοματικὴ ἡ διὰ τοῦ γλεύκους.] Στοματικὴ ἡ διὰ τοῦ γλεύκους ποιεῖ καὶ πρὸς τὰ ἐν ὠσὶ καὶ ἐν ἕδρᾳ.

los iiij, terito eisque mellis heminam j admifceto, atque ita adinfufo fucco ad lentum ignem moveto, ac donec fpiffetur coquito ac utitor. Scribit autem et aliam compofitionem medicamenti ex punicis hujusmodi. ℞ Malorum punicorum dulcium una cum corticibus tuforum ac expreſſorum fextarios vj, mellis boni fextarium j, in ollam conjecta coquito ad fpiffitudinem mellis, deinde aluminis fciffi ℥ j, myrrhae ℥ ß, terito, addito ac mixtis utitor. Magis aftringens fcripfit certe hoc medicamentum Crito quam praecedens. Ridicule igitur quidam faciunt interrogantes, utrum ipforum altero melius fit, alterutrum enim in proprio tempore altero melius eft, atque hoc quidem pofterius ad ea, quae vehementi aftrictione indigent, ad ea vero, quae discuffione, prius, maxime quum et cinnamomum injecerit in ipfum, difcufforium medicamentum. Scripfit autem et ex mufto medicamentum Crito hoc modo.

[*Critonis ftomaticum ex mufto.*] *Stomaticum ex mufto, facit et ad aurium et fedis ulcera.* ℞ Mufti fextarios

♃ γλεύκους ξε. ξξ. ἕψε μέχρι ξε. β΄. εἶτα μῖξον ῥοὸς βυρσοδεψικῆς ∠ δ΄. οἱ δὲ ∠ β΄. καὶ κηκίδων ∠ δ΄. οἱ δὲ καὶ κηκίδας λ΄. κρόκου ∠ β΄. οἱ δὲ ∠ α΄. στυπτηρίας σχιστῆς ∠ β΄. τινὲς δὲ σμύρνης ∠ α΄. μέλιτος ξε. α΄. μίξας χρῶ. πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα φάρμακα διὰ τῶν εἰρημένων χυλῶν γέγραπται πολλοῖς τῶν ἰατρῶν, πεποικιλμένα ταῖς συμμετρίαις, ἐνίων μὲν ἅπαντα βαλλόντων τὰ προειρημένα, τινῶν δὲ καὶ ἀφαιρούντων ἄλλων ἄλλο, καὶ τῶν μὲν πλέον, τῶν δὲ ἔλαττον βαλλόντων, ἐφ᾽ ὧν ὡς εἶπον, ἐπισκοπεῖσθαι χρὴ τί τὸ πλεονάζον ἐστὶ, πότερον τὸ στυπτικόν τε καὶ ἀποκρουστικὸν ἢ τὸ παρηγορικόν τε καὶ πεπτικὸν ἢ τὸ διαφορητικόν. οὕτω γὰρ ἂν ἔσται καλῶς αὐτοῖς χρῆσθαι. διὸ καὶ καταλείψω τὰς κατὰ μέρος τῶν γεγραφότων διαφορὰς, ἐφ᾽ ἕτερα δὲ φάρμακα μεταβήσομαι, χωρὶς τῶν εἰρημένων χυλῶν σκευαζόμενα.

[501] [*Τὰ χωρὶς χυλῶν συντιθέμενα στοματικὰ φάρμακα δι᾽ ὄξους καὶ κηκίδων.*] *Στοματικὸν φάρμακον ἔγραψεν ὅ τε Ἀνδρόμαχος καὶ ὁ Κρίτων τὴν αὐτὴν συμμετρίαν*

ſex, ad ſextarios ij, decoquito, deinde rhois coriarii ʒ iiij, alii ʒ ij, miſceto, et gallarum ʒ iiij, alii vero gallas triginta, croci ʒ ij, alii ʒ j, aluminis ſciſſi ʒ ij, quidam etiam myrrhae ʒ j, mellis ſextarium j, mixtis utitor. Multa vero alia medicamenta ex praedictis ſuccis a multis medicis ſcripta ſunt, juxta commenſurationem variantia, quum aliqui quidem omnia praedicta conjiciant, quidam vero auferant alius aliud, et alius plus, alius minus. In quibus, velut dixi, inſpicere oportet quid redundet, an aſtringens et repulſorium, aut lenitivum et concoctorium, aut diſcuſſorium, ita enim rectiſſime ipſis utemur. Quare relinquam particulares eorum quae ſcripſerunt differentias. Tranſibo autem ad alia medicamenta citra hos ſuccos praeparata.

[*Stomatica medicamenta citra ſuccos compoſita ex aceto et gallis.*] Stomaticum medicamentum ſcripſit tum Andromachus tum Crito, eandem habens ſymmetriam. Suf-

ἔχον. ἀρκέσει τοιγαροῦν τὴν γραφὴν εἰπεῖν Ἀνδρομάχου ὧδί πως ἔχουσαν αὐτοῖς ὀνόμασιν. στοματικὴ Ἀριστοκλέους πρὸς συνάγχας καὶ τὰ λοιπὰ τὰ ἐν τῷ στόματι, ταύτῃ καὶ Ἀντίπατρος ἐχρήσατο. ℞ κηκῖδας ἀριθμῷ λ'. ὄξους λευκοῦ κύαθον α' S''. οἱ δὲ κυάθους θ'. σμύρνης < η'. νάρδου Ἰνδικῆς < α'. ῥοῦ τῆς ἐπὶ τὰ ὄψα, κύαθον α' S''. οἱ δὲ κυάθους θ'. στυπτηρίας σχιστῆς < α'. πεπέρεως κόκκους κ'. μέλιτος Ἀττικοῦ κυάθους β'. οἱ δὲ κύαθον α' S''. ἕψονται δ' αἱ κηκῖδες ἐν τῷ ὄξει, ἕως ἂν ἁπαλαὶ γένωνται, καὶ λεανθεῖσαι μίγνυνται τῷ μέλιτι ἐπὶ τῆς χρήσεως, τινὲς δὲ καὶ μανδραγόρου σπέρματος γο α'. ταῦτα μὲν ὁ Ἀνδρόμαχος ἔγραψε, τάχα δ' ἄν τις ἀπορήσειε διὰ τί γράψας ὄξους κύαθον ἕνα S''. προσέγραψεν, οἱ δὲ κυάθους θ'. παρὰ πολὺ γὰρ ἡ συμμετρία τῆς συμμετρίας ὑπερέχει, καθάπερ γε πάλιν κἀν τῷ φάναι, ῥοῦ τοῦ ἐπὶ τὰ ὄψα κύαθον α' S''. οἱ δὲ κυάθους θ'. κατὰ μόνας οὖν ἐξεταζόμενον ἑκάτερον ἀπορίαν ἔχει, πρὸς ἄλληλα δὲ συμπλεκόμενα προσηκόντως γέγραπται. ἐὰν μὲν γὰρ κυάθους θ'. ἐμβάλλωμεν τοῦ ὄξους, ἐμβαλοῦμεν

ficiet itaque deſcriptionem Andromachi referre hoc modo habentem his verbis. *Stomaticum Ariſtoclis ad anginas et reliquas in ore affectiones. Hac et Antipater uſus eſt.* ℞ Gallas numero xxx, aceti albi ſeſquicyathum, alii cyathos ix, myrrhae ʒ viij, nardi Indicae ʒ j, rhois culinarii ſeſquicyathum, alii cyathos ix, aluminis ſciſſi ʒ j, piperis grana viginti, mellis Attici cyathos ij, alii ſeſquicyathum. Coquuntur gallae in aceto donec flacceſcant, deinde tritae melli miſcentur tempore uſus. Quidam etiam ſeminis mandragorae ℥ j addunt. Haec quidem Andromachus ſcripſit. Fortaſſis autem dubitaverit quispiam, propter quid, quum ſcripſiſſet aceti ſeſquicyathum, mox aſcripſerit, alii cyathos ix; multum enim menſura altera alteram excedit, quemadmodum etiam rurſus quum ait, rhois culinarii ſeſquicyathum, alii cyathos ix. Sigillatim itaque utrumque expenſum dubitationem affert, ſi vero inter ſe complicentur, convenienter ſcripta ſunt. Si etenim cyathos ix injecerimus, in-

καὶ τοῦ ῥοῦ τοῦ ἐπὶ τὰ ὄψα τοὺς αὐτοὺς θ'. ἐὰν δὲ κύαθον α' S''. τοῦ ὄξους, ἀρκέσει καὶ τοῦ ῥοῦ τοῦ ἐπὶ τὰ ὄψα κύαθος α' S''. ὥστε ἐπὶ μὲν τοῦ πλέον ἔχοντος ὄξους φαρμάκου τὴν ἕψησιν ἐπὶ πλέον γίνεσθαι, ἐπὶ δὲ τοῦ ἔλαττον ἐπ' ὀλίγον. ἄμεινον δὲ πολλῷ τὸ ἐπὶ πλέον, οὕτω γὰρ καὶ αἱ κηκίδες ἔσονται μαλακαί. εὔδηλον δ' ὅτι γενναῖόν ἐστι τὸ φάρμακον, ἐξ ἐναντίων συγκείμενον. αἱ μὲν γὰρ κηκίδες καὶ τὸ ὄξος καὶ ὁ ῥοῦς στυπτικώτερα ἔσται καὶ ἀποκρουστικώτατα. διαφορητικώτατον δέ ἐστι τὸ πέπερι, μικτῆς δυνάμεως ἡ νάρδος, ἡ σμύρνη δὲ διαφορητικῆς μὲν, ἀλλ' ἀδήκτου καὶ παρηγορικῆς μετὰ τοῦ συμπέττειν, διαφορητικῆς δὲ καὶ τὸ μέλι δυνάμεώς ἐστιν, ἀλλὰ (244) χωρὶς τοῦ δάκνειν τὰ ἐν τῷ στόματι, ἐπειδὴ τοῖς ὀφθαλμοῖς δακνῶδές ἐστιν. περὶ δὲ τῆς τοῦ ὄξους δυνάμεως ἤδη πολλάκις ἀνεμνήσαμεν, ὡς καὶ τέμνει καὶ διαφορεῖ καὶ ἀποκρούεται. τὸ δὲ λευκὸν πρόσκειται κατὰ τὴν γραφὴν, ἵνα λεπτομερὲς ᾖ. ἔνιοι δὲ καὶ τοῦ ὄξους πέντε κυάθους καὶ τοῦ ῥοῦ τοὺς αὐτοὺς ἐμβάλ-

jiciemus etiam rhois culinarii eosdem ix cyathos, fi vero aceti fefquicyathum, fufficiet etiam rhois culinarii fefquicyathus. Quare in medicamento plus aceti habente diuturnior coctio facienda eft, in minus habente brevior, praeftat autem diutius fieri coctionem, ita enim gallae molles reddentur. Confpicuum vero eft, generofum effe hoc medicamentum ex contrariis compofitum; gallae enim et acetum et rhus magis aftringentia funt et maxime repellunt, valde autem difcufforium eft piper, fed mixtae facultatis eft nardus. Myrrha vero difcufforiam habet vim, fed et lenem ac mitigatoriam una cum hoc, quod etiam concoquit. Difcufforiae facultatis eft etiam mel, fed citra mordacitatem earum affectionum, quae in ore fiunt, quum in oculis mordax exiftat. Verum de aceti viribus jam faepe mentionem fecimus, quod et incidit et difcutit et repellit. Album autem in defcriptione addidit, ut videlicet tenuium partium indicet. Quidam vero tum aceti quinque cyathos, tum rhois eosdem injiciunt, medium quodammodo apprehendentes in-

λουσι, μεταξύ πως ἱστάμενοι τῶν τε τὸ πλεῖστον ἐμβαλλόντων καὶ τῶν τὸ ἐλάχιστον ἑκατέρου. δῆλον οὖν ὅτι μέσον ἐκείνων τῇ δυνάμει τὸ φάρμακον παρασκευάζουσιν, ὥσπερ καὶ τῇ συμμετρίᾳ.

[Ἡ διὰ τοῦ βήσασα στοματικὴ διάχριστος. ἔνδοξον δὲ καὶ τοῦτό ἐστι τὸ φάρμακον, ὑπὸ μὲν Ἀνδρομάχου κατὰ λέξιν οὕτω γεγραμμένον.] Στοματικὸν πρὸς συνάγχας ἡ διὰ βήσασα, πρὸς τὰ ἀπηλπισμένα ποιοῦσα ᾗ χρῶμαι. ♃ ἀνίσου σπέρματος, σελίνου σπέρματος, ἄμμεως σπέρματος, σχίνου ἄνθους· στυπτηρίας σχιστῆς, Ἰλλυρικῆς ἴρεως, βήσασα, ὃ τινες ἅρμαλα καλοῦσι, κινναμώμου, σμύρνης τρωγλοδυτικῆς, ἀριστολοχίας μακρᾶς ἀνὰ γο α'. κασσίας, ῥόδων ξηρῶν ἀνὰ γο α'. κροκομάγματος γο α'. κόστου, χελιδόνων σποδοῦ προσφάτου ἀνὰ γο γ'. κρόκου γο α' S''. νάρδου Ἰνδικῆς, ἀμώμου ἀνὰ γο S''. κηκίδας η'. λείαις σὺν μέλιτι χρῶ, ἐπὶ δὲ τῆς χρείας ἄνιε μέλιτι. [502] τοῦτο δὲ αὐτὸ τὸ φάρμακον καὶ ὁ Ἥρας ἔγραψεν ὀλίγου δεῖν ἅπαν ὡσαύτως, μόνα γὰρ ὑπήλλαξε τὰ τῶν ῥόδων καὶ οὐκ αὐτὰ μᾶλλον, ἀλλὰ τὸ

ter eos, qui plurimum et qui minimum de utroque conjiciunt. Manifeftum igitur eft eos medium quoque medicamentum juxta facultatem praeparare, quemadmodum fymmetria ipfa media exiftit.

[*Stomatica illitio ex femine rutae filveftris. Celebre eft et hoc medicamentum ab Andromacho hac verborum ferie defcriptum.*] *Stomaticum ad anginas ex befafa, faciens ad defperata quo utor.* ♃ Seminis anifi, feminis apii, feminis ammii, fchoenanthi, aluminis fciffi, iridis Illyricae, befafa, quod aliqui harmala vocant, cinnamomi, myrrhae troglodyticae, ariftolochiae longae, fingulorum ʒ j, caffiae, rofarum ficcarum, utriusque ʒ j, crocomagmatis ʒ j, cofti, cineris hirundinum recentis, utriusque quadrantem, croci fefquiunciam, nardi Indicae, amomi, utriusque ʒ dimidium, gallas viij, tritis cum melle utere. Verum ufus tempore tandem mel adde. Hoc ipfum medicamentum etiam Heras fcripfit, ut parum abfit quo minus penitus idem fit; folas enim rofas variavit, et non ipfas conjicit, fed florem ipfa-

ἄνθος αὐτῶν καὶ προσθεὶς ἐπὶ τέλει, τινὲς δὲ καὶ κασσίας πυῤῥᾶς γο α΄. περὶ δὲ τῶν χελιδόνων ἀμφότεροι γεγράφασιν ἀσαφῶς, καίτοι σαφῶς ἄλλων γεγραφότων, εἰ καὶ διαφωνοῦσιν ἀλλήλοις. οἱ μὲν γὰρ τὴν νεοττιὰν κελεύουσι καίειν, ἐκ τῶν ἀποπατημάτων μάλιστα τῶν χελιδόνων συγκειμένην, οἱ δὲ αὐτὰς τὰς χελιδόνας, οἱ δὲ τοὺς νεοττοὺς αὐτῶν. οὗτοι δὲ ἀσαφέστερον ἔγραψαν, ὁ μὲν Ἀνδρόμαχος χελιδόνων σποδοῦ προσφάτου, ἔδει δὲ προσθεῖναι κεκαυμένων. τοιοῦτον γάρ τοι τὸ σποδοῦ δηλοῖ, πλὴν εἰ τὴν νεοττιὰν κελεύει λειοῦν. ὁ δὲ Ἥρας χελιδόνων τοῦ χέσματος, μὴ προσθεὶς μηδὲ αὐτὸς τὸ κεκαυμένου. ἴσως οὖν οὐδέτερος βούλεται τὸ κεκαῦσθαι τὸν ἀπόπατον τῶν χελιδόνων, ὥσπερ ἄλλοι. ἔν τισι μέντοι τῶν ἀντιγράφων οὕτω διαγέγραπται. ℞ χελιδόνων τῶν ἁπαλῶν γο α΄. καθάπερ ἐν ἑτέροις χελιδόνων τῶν ἀπὸ δοκῶν. πρόδηλον δ᾽ ὅτι δριμὺ καὶ διαφορητικόν ἐστι τὸ φάρμακον τὸ ἐκ τῶν χελιδόνων ἀποπάτημα, καθάπερ καὶ τὰ ἄλλα πάντα ἁπάντων τῶν ζώων, τὰ μὲν μᾶλλον, τὰ δ᾽ ἧττον, ὥσπερ καὶ αὐτῶν τῶν ζώων καυθέντων ἡ τέφρα. εἴρη-

rum et ad finem addit, quidam etiam caſiae fulvae ʒ j. De hirundinibus autem ambo obſcure tradiderunt, quamquam alii clare ſcripſerint, niſi quod inter ipſos non convenit. Alii enim nidum urere jubent, ex ſtercoribus hirundinum maxime compoſitum, alii ipſas hirundines, alii ipſarum pullos. Hi vero obſcurius ſcripſerunt, et Andromachus quidem, cineris hirundinum recentis, oportebat autem ipſum apponere uſtarum, tale enim quiddam cineris vox ſignificat, niſi dum ipſum terere ac laevigare jubet. Heras autem, hirundinum recrementi, non apponens uſti. Forte igitur neuter vult comburi debere hirundinum recrementum, quemadmodum alii. In quibusdam tamen exemplaribus ſic ſcriptum eſt. Hirundinum tenerarum ʒ j, quemadmodum in aliis, hirundinum a trabibus. Palam eſt autem quod acre et diſcuſſorium eſt hirundinum excrementum, quemadmodum etiam alia omnia omnium animalium ſtercora, aliqua magis, aliqua minus, velut etiam ipſorum ani-

ται δὲ ἡμῖν καὶ περὶ τοῦ βήσασα κατὰ τὴν τῶν ἁπλῶν φαρμάκων πραγματείαν, ὡς ἔστι τῆς τρίτης τάξεως τῶν θερμαντικῶν, καὶ νῦν ὡς τοιοῦτον ἀναμέμικται τῷ προκειμένῳ φαρμάκῳ, τὰ πλεῖστα τῆς διαφορητικῆς δυνάμεως ἔχοντι, καθάπερ ἔνια τῶν ἄλλων στοματικῶν τῆς στυπτικῆς τε καὶ ἀποκρουστικῆς. τά τε γὰρ εἰρημένα φάρμακα διαφορητικώτατα καὶ πρὸς αὐτοῖς ἔτι τὸ κιννάμωμον ὑπὲρ ἅπαντα, λεπτομερῆ τε καὶ διαφορητικὴν ἔχον δύναμιν, ἀλλὰ καὶ τὰ σπέρματα τό τε τοῦ ἀνίσου καὶ τὸ τοῦ σελίνου καὶ τὸ τοῦ ἄμμεως διαφορητικά. καὶ ἡ ἶρις δὲ καὶ ἡ ἀριστολοχία τῶν διαφορητικῶν ἐστιν, ὥσπερ καὶ ἡ σμύρνα. μικτῆς δὲ δυνάμεως ἔκ τε τῆς διαφορητικῆς καὶ τῆς στυπτικῆς ἐστὶ κασσία καὶ κρόκος καὶ νάρδος καὶ ἄμωμος καὶ κόστος. ἐπικρατεῖ δὲ ἐν αὐταῖς ἡ θερμαντική τε καὶ διαφορητικὴ καὶ μάλιστα ἐν τῷ κόστῳ. μικτῆς δὲ καὶ τὸ τοῦ σχίνου ἄνθος, ἀλλ' ἀσθενοῦς καθ' ἑκάτερα καὶ τὸ στύφειν καὶ τὸ θερμαίνειν. αἱ δὲ κηκίδες, δῆλον δ' ὅτι τὰς ὀμφακίτιδας λέγω, τῶν στυφόντων ἱκανῶς εἰσὶ φαρμάκων, ὥσπερ καὶ ἡ σχιστὴ στυπτη-

malium ustorum cinis. Dictum est etiam nobis de besasa in simplicium medicamentorum tractatu, quod tertii sit ordinis calefacientium, et nunc sane, quod ejusmodi admixtum est etiam praedicto medicamento, quod plurima discussoriae facultatis in se habet, quemadmodum aliqua ex aliis stomaticis astringentis et repulsoriae. Etenim jam relata medicamenta valde discussoria sunt et ad haec amplius cinnamomum super omnia vim tenuium partium et discussoriam habens. Quin et semina anisi, apii et ammii discussoria sunt, et iris et aristolochia ex discussoriis sunt, velut etiam myrrha. Mixtae autem facultatis ex discussoria et astringente est cassia et crocus et nardus et amomum et costus, praecellit autem in ipsis calefactoria et discussoria et maxime in costo. Mixtae facultatis est et junci rotundi odorati flos, sed utraque imbecilli tum astringente tum calefaciente. Gallae vero, clarum est quod de omphacitidum genere loquor, ex astringentibus multum sunt medicamentis, velut etiam alumen

Ed. Chart. XIII. [502.] Ed. Baf. II. (244.)

ρία. τὰ ῥόδα δ' ἔμπαλιν ἀσθενεστάτην ἔχει τὴν στύψιν. ἐξ ἐναντίων οὖν ταῖς δυνάμεσι σύγκειται τῶν κατὰ μέρος φαρμάκων τὸ προκείμενον ἐν τῷ λόγῳ, καὶ οὐ μόνον γε ἐναντίων, ἀλλὰ καὶ ἰσχυρῶν ἑκατέρων, καὶ καθάπερ εἶπον ἔμπροσθεν, ἰσχυροτέρων πολὺ τῶν διαφορητικῶν ἢ τῶν στυπτικῶν. ἐπεὶ δὲ τὴν σκευασίαν αὐτοῦ σαφῶς ἔγραψεν Ἥρας, διὰ τοῦτο καὶ τὴν ἐκείνου λέξιν κοινῇ παραγράψω τόνδε τὸν τρόπον ἔχουσαν.

